AUTHOR:

PLAUTUS, TITUS MACCIUS

TITLE:

MILES GLORIOSVS

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1881

Master Negative #

92-80460-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Miles gloriosus. 1881.

Plautus, Titus Maccius.
T. Macci Plavti Miles gloriosvs; emendabat, adnotabat Otto Ribbeck. Lipsiae, In aedibvs B. G. Tevbneri, 1881.
vi, 106 p.

Another copy in Special Collections (Gonzalez Lodge) 1881

I. Ribbeck, Otto, 1827-1878, ed.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 2/20/92 INITIALS TM
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

BIBLIOGRAPHIC IRREGULARITIES

MAIN
ENTRY: PLAUTUS, TITUS MACCIUS

Bibliographic Irregularities in the Original Document
List volumes and pages affected; include name of institution if filming borrowed text.

______Page(s) missing/not available:_______________________________

______Volumes(s) missing/not available:_______________________________

______Illegible and/or damaged page(s):_______________________________

______Page(s) or volumes(s) misnumbered:_______________________________

______Bound out of sequence:_______________________________

✓ Page(s) or illustration(s) filmed from copy borrowed from: The University of Minnesota: pp. 13-18

______Other:_______________________________

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202











MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

T. MACCI PLAVTI

MILES GLORIOSVS

EMENDABAT ADNOTABAT

OTTO RIBBECK.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.
MDCCCLXXXI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

AVDITORIBVS

BERNENSIBVS · BASILEENSIBVS
KILONIENSIBVS · HEIDELBERGENSIBVS
LIPSIENSIBVS

VETVS · PRAECEPTOR

PRAEFATIO

Noviens, si recte memini, vel octiens per quinque fere lustra in scholis publicis a me pertractatum Militem gloriosum iam e manibus emitto, non quasi nunc purum putum atque omni ex parte redintegratum Plautinae artis exemplar haberem, quod nulla umquam redipisci aetas poterit, sed quia, postquam satis diu huic potissimum fabulae emendandae ac restituendae operam dedi, iuvabat adsiduis multorum laboribus paullatim ita cultae ac politae, ut certe aliquanto commodius quam olim legi possit, imaginem plenam atque expressam proponere. Quae si luminibus quibusdam nitet propriis, eorum non minima pars Gustavi Loewii debetur oculis Lynceis, quorum acumine ex palimpsesto Ambrosiano nova optimae frugis messis collecta est. Qui si multa etiam nunc incerta atque in tenebris sepulta interim reliquit, monendum est primo quasi impetu reportatae necdum examine subtiliore castigatae praedae specimina quaedam hic proponi, altius mox indagandae confirmandae augendae spem atque consilium minime deposuisse acerrimum scrutatorem. Insigni autem et huius viri optimi et sociorum eius liberalitate contigit, ut integris copiis non apographi tantum illius, sed Veteris etiam, qui appellatur, codicis Vaticani uti liceret ab *Hugone Hinckio* mihi, priusquam ad plures abierit, pietate ac familiaritate coniuncto, Ritschelii causa ante aliquot annos diligentissime iterum excussi. His igitur auctoribus nititur quidquid de codicum A et B scripturis in adnotatione critica narratum invenies; utque Decurtati memoriam eadem fide repraesentare possem, ipse hunc quidem librum Heidelberga comiter mihi trans-

missum sedulo perlustravi. Neque tamen horreis plenis effusis eorum laudem praeripere volui, qui incohati a Ritschelio operis perfectores ipsius viri inmortalis auctoritate constituti sunt; sed de eis tantum locis adnotavi, ubi aut a vulgato qualis nunc fere in Brixii exemplaribus utilissimis circumfertur textu recedendum mihi esse putavissem aut ubi probata incognito adhuc sive accuratiore vetustae memoriae testimonio firmarentur. Neque aliorum virorum doctorum coniecturis, quamvis plerasque omnes in promptu haberem, onerare sarcinulas meas in animo fuit, qui satis habuerim vel iniuria, ut mihi quidem videbatur, ab aliis spretas vindicare vel si quae ex novissimis sive ex veteribus quacumque de causa memorabiles viderentur, exhibere. Meas ipse suspiciones partim in Musei Rhenani voluminibus XII. XXIX. XXXVI aliisque locis defendere studui partim brevissime quidem in huius editionis marginibus enarravi. Nam commentarii instar interpretatio vernacula, plus semel ab auditoribus ut publici iuris fieret efflagitata, e scriniis propediem prodibit, commentatiuncula de fabulae personis et compositione, si di volent, praemunita. Tam nimirum difficile est vale dicere veteri amico.

Dabam Lipsiae die natali a. CIϽIϽCCCLXXXI.

T · MACCI · PLAVTI
MILES · GLORIOSVS
GRAECA · ALAZON

Sigla *A* = Codex Ambrosianus rescriptus
B = Vetus Camerarii
C = Decurtatus
D = Ursinianus
F = Lipsiensis
Z = ed. princeps
ω = libri omnes praeter A
φ = reliqui
a. b. c = m. 1, 2, 3.
R = editoris nomen.

ARGVMENTVM I

Meretrícem Athenis Éphesum miles áuehit.
Id dúm ero amanti séruos nuntiáre uolt
Legáto peregre, ípsus captus ín mari
Et éidem illi míliti donó datust.
Suom arcéssit *seruos* érum *ab* Athenis ét forat
Geminís communem scítus parietem aédibus,
Licére ut quiret cónuenire amántibus.
Obérrans custos hós uidet de tégulis,
Ridícule is autem, quási sit alia, lúditur.
Itémque inpellit mílitem Palaéstrio
Omíssam faciat cóncubinam, quándo eei
Senís uicini cúpiat uxor núbere.
Vltro ábeat orat, dónat multa. ipse ín domo
Senís prehensus poénas pro moechó luit.

ADNOTATIONES. ARGUM. I 3. peregred? 5. seruos *addidit Ritschelius, om.* ω ab *om.* ω 6. scitus *vel* sollers *R* ſciēm (*ortum ex* ſcienſ) *C* clam *B* ſuam *FZ* 7. licere *Pius* liceret (c *suprascr. m. 1 in C*) ω: licere ut quiret conuenire *defenditur exemplis tam graeci quam latini sermonis similibus quae congessit Io. Vahlen in disputatione de Taciti dialogo inserta inter commentationes ab amicis Th. Mommseni collectas p. 5: proxime accedunt Platonis* ἱκανοὶ . . . δύνασθαι . . . ἀρέσκειν, *et Ciceronis* 'permissum est ut inpune nobis liceat . . tradere'. 9. ridicule is *Seyffertus Philol.* XXV 439: *cf. Ritschelii opusc.* II 412. ridiculiſ *BC* ridiculuſ φ 11. eei *Buechelerus de lat. decl. p.* 61, *probavit Ritschelius l. l., atque in trium litterarum litura positum* ei *B praebet.* celi *C*

ARGVMENTVM II

Meretrícem ingenuam déperibat mútuo
Athéniensis iúuenis. Naupactum ís domo
Legátus abiit: míles in eandem íncidit,
Depórtat Ephesum inuítam. seruos Áttici
Vt núntiaret dómino factum náuigat:
Capitúr, donatur ílli captus míliti.
Ad erum út ueniret Éphesum scribit. áduolat
Aduléscens atque in próxumo deuórtitur
Apud hóspitem patérnum. medium párietem
Perfódit seruos, cómmeatus clánculum
Qua fóret amantum: géminam fingit múlieris
Sorórem adesse. móx ei dominus aédium
Suám clientam ad sóllicitandum mílitem
Subórnat. capitur ílle: sperat núptias,
Dimíttit concubínam et moechus uápulat.

PERSONAE

PYRGOPOLINICES MILES
ARTOTROGVS PARASITVS
PALAESTRIO SERVOS
PERIPLECOMENVS SENEX
SCELEDRVS SERVOS
PHILOCOMASIVM MVLIER
PLEVSICLES ADVLESCENS
LVRCIO PVER
MILPHIDIPPA ANCILLA
ACROTELEVTIVM MERETRIX
SERVI
PVER
CARIO COCVS
LORARII
CANTOR

ACTVS I

PYRGOPOLINICES (CVM SATELLITIBVS). ARTOTROGVS

PYRGOPOLINICES

Curáte ut splendor meó sit clupeo clárior
Quam sólis radii esse ólim quom sudúmst solent,
Vt, ubi úsus ueniat, cóntra consertá manu
Praestríngat oculorum ín acied aciem hóstibus.
Nam ego hánc machaeram míhi consolarí uolo,
Ne lámentetur néue animum despóndeat,
Quia sé iam pridem fériatam géstitem,
Quae mísera gestit strágem facere ex hóstibus.
Sed ubi Ártotrogus híc est?

ARTOTROGVS

Stat proptér uirum
Fortem átque fortunátum et forma régia.
Tam béllatorem Márs se haud ausit dícere
Neque aéquiperare suás uirtutes ád tuas.

PYRGOPOLINICES

Quemne égo seruaui in cámpis Curriculóniis,
Vbi Búmbomachides Clútomestoridysárchides
Erat ímperator súmmus, Neptuní nepos?

ARTOTROGVS

Meminí: nempe illum dícis cum armis aúreis,
Quoius tú legiones dífflauisti spíritu
Quasi uéntus folia aut pániculum tectórium.

4. in acied aciem *R* aciem in acie ω, *item Nonii p.* 34. 373, *Prisciani p.* 1323 *P. ex.*, *Pseudoasconius p.* 117 *Or.* 13. curcuſ liſ doniſ *B* curcuſculi doniſ *C* curriculis donis *Z*, *in quibus latere suspicor vel* curriculoniis *h. e. fuga hostium insignibus*, *vel* crusculidoniis *quasi crurum ossuumque plenis*

PYRGOPOLINICES

Istúc quidem edepol níhil est.

ARTOTROGVS

Nihil hercle hóc quidemst,
Prae ut ália dicam, — quaé tu numquam féceris.
Periúriorem hoc hóminem siquis uíderit
Aut glóriarum pléniorem quam íllic est,
Me síbi *is* habetod, égo me mancupió dabo:
Nisi únum epityrum illi éstur insanúm bene.

PYRGOPOLINICES

Vbi tu és?

ARTOTROGVS

Eccum. edepol uél elephanto in Índia
Quo pácto pugno praéfregisti brácchium!

PYRGOPOLINICES

Quid, brácchium?

ARTOTROGVS

Illud, féminur uolui dícere.

PYRGOPOLINICES

At indíligenter íceram.

ARTOTROGVS

Pol sí quidem

---

20. ··AETU *A* tu quae φ 21 *sq. Proxime ad huius locutionis abundantiam, quae duplici membro plane excusatur, accedit Asinariae v.* 435: scio mihi vicarium esse Neque eo ésse servom in aedibus eri qui sit pluris quam illest. *Illa dum loquitur parasitus paullatim a milite recedere cogitandus est, ut ubi* illic *pronomine designat quem modo* hoc *monstrabat, iam paullo longius ab eo abesse videatur. nam simili modo alia quoque mutati pronominis exempla velut Capt.* 544 *sqq. explicanda sunt.* 23. is *om.* ω HABETO *A* habetot *Ba, quam scripturam eodem modo interpretor ut saepius* met tet *formae interpretandae sunt.* habeto et φ 26. pacto] PACTOE · (E *an* T *legendum sit dubium, sequebatur littera qualis* l) *A: in quibus aut* pactod *scriptura (cf. v.* 23, *v.* 36 quod *in B correctum ex* quoe. *cf. ad v.* 517 *monita) aut ut Loewio visum* pacto ei *latere potest.* 27. *Ferri non posse traditam memoriam* illud dicere uolui femur, *immo necessarium hunc esse ordinem* illud f. uolui dicere *invictis argumentis demonstravit Ritschelius opusc.* II 437 *sqq., quorum vim frustra infringere conantur qui dissimillimorum exemplorum nube creticum* dicere *huic loco vindicare student. Inauditam sane* feminur *formam qui expavescunt, eis leniorem medelam* femora *propono, quamquam singularem numerum propter* bracchium *multo aptiorem esse sentio. Quis autem scit num forte ipsam vocabuli insolentiam ridere voluerit poeta?*

Conísus esses, pér corium, per uíscera
Perque ós elephanti tránsmineret brácchium.

PYRGOPOLINICES

Nolo ístaec hic nunc.

ARTOTROGVS

Ne hércle operae pretiúm quidemst
Mihi té narrare, tuás qui uirtutés sciam.
Ventér creat omnis hásce aerumnas: aúribus
Perhaúrienda súnt, ne dentes déntiant,
Et ádsentandumst quícquid hic mentíbitur.

PYRGOPOLINICES

Quid illúc quod dico?

ARTOTROGVS

Ehem, scío iam quid uis dícere:
Factum hérclest, memini fíeri.

PYRGOPOLINICES

Quid id est?

ARTOTROGVS

Quícquid est.

PYRGOPOLINICES

Habés —?

ARTOTROGVS

Tabellas uís rogare? habeo, ét stilum.

PYRGOPOLINICES

Facéte aduortis túom animum ad animúm meum.

ARTOTROGVS

Nouisse mores tuós me meditaté decet
Curámque adhibere, ut praécolat mihi quod tú uelis.

PYRGOPOLINICES

Ecquíd meministi?

ARTOTROGVS

Mémini: centum in Cílicia

---

33. HASCE *A* haſ φ 38. *Secutus sum Ambrosianum, de quo locuples testis Loewius extitit, nisi quod* LABELLAS *et* ROGARI *potius quam* ROGARE *dispicere hic sibi visus est. Miris autem modis Brixius in hac memoria offendit, neque quam lepide vel uno verbo audito praecolat parasito quid velit miles perspiciens neque verborum* uis rogare *in interrupto sermone sentiens acumen.* 39. ANIMUMTUUM *A, quod ipsum quoque ferri potest.*

Et quínquaginta, céntum in Scytholatrónia,
Trigínta Sardeis, séxaginta Mácedones
Sunt ómnes quos tu occídisti una unó die.

PYRGOPOLINICES

Quanta ístaec hominum súmmast?

ARTOTROGVS

Septem mília.

PYRGOPOLINICES

Tantum ésse oportet: récte rationém tenes.

ARTOTROGVS

At núllos habeo scríptos: sic meminí tamen.

PYRGOPOLINICES

Edepól memoria's óptuma.

ARTOTROGVS

Offae mé monent.

PYRGOPOLINICES

Dum tále facies quále adhuc, adsíduo edes:
Commúnicabo sémper te mensá mea.

ARTOTROGVS

Quid ín Cappadocia, úbi tu quingentós simul,
Ni hebés machaera fóret, uno ictu occíderas?

PYRGOPOLINICES

At péditastelli quía erant, siui uíuerent.

ARTOTROGVS

Quid tíbi ego dicam, quód omnes mortalés sciunt,
Pyrgópolinicem te únum in terra uíuere
Virtúte et forma et fáctis inuictíssumis?

---

43. SCYTHALATRONIAM *A* (*adnotavit Loewius prope certam esse primam nec videri* O *fuisse*) ſycholatroniae *Ba* ſycholatroneſ *Bc* ſycholatronie *C* 49. me *Veteris corrector* (offa^me^monet *Bc* offaemonet *Ba*) *intulit, pluralem* OFFAEMONENT *tuetur A*; offemonet *C*: offae me monent *etiam Bentleius probavit.* 56. PYRGOPOLYNICEM *A*. *Graecanicam terminationem* Pyrgopolinicen *tuentur BCD, qua servata cave credas Graeci nominis splendorem integrum reddere voluisse adulatorem; nam sine tali causa* Periphanen *praebent BI in Epidico v.* 448, Stratopanen *C* in *Truculento* II 6, 33, Stratippoclen *in Epidico* 126. 245 *BI*, 663 *B*, Apoeciden *in eadem* 186 *B*, Calliclen ω *Trin.* 874 *et cum leni corruptela BCD in Truculento* IV 2, 57, *cum ceteris locis* Calliclem *constanter Trinummi exemplaria servare videantur. cf. Ritschelii praef. p.* LXV[I] *ad Trin.*[2] 57. *Servavi librorum scripturam* inuictissumis (*nisi quod* inuictif fumuf *Ba* INUICTISSIMIS *A praebent*).

Amánt ted omnes múlieres, neque iniúria,
Qui sís tam pulcher. uél illae quae herei pállio
Me réprehenderunt . .

PYRGOPOLINICES

Quíd eae dixerúnt tibi?

ARTOTROGVS

Rogitábant: 'hicine Achílles est?' inquít mihi.
'Immo éius frater' ínquam 'est'. ibi illarum áltera
'Ergó mecastor púlcher est' inquít mihi
'Et líberalis: uíde caesaries quám decet.
Ne illaé sunt fortunátae quae cum illó cubant!'

PYRGOPOLINICES

Itane aíbant tandem?

ARTOTROGVS

Quaé me ambae obsecráuerint,
Vt te hódie quasi pompam íllac praeterdúcerem.

PYRGOPOLINICES

Nimiást miseria nímis pulchrum esse.

ARTOTROGVS

Míhi quidem
Moléstiae sunt: órant ambiunt óbsecrant,
Vidére ut liceat; ád sese arcessí iubent;
Vt tuó non liceat dáre operam negótio.

---

59. herei *forma in* hercle *librorum BCD scriptura latere videtur, nec fugit Buechelerum de lat. decl.* 62. HERE *an* HERI *in A extet dubitat Loewius.* 60. EAE *quod coniecerat Ritschelius Loewio* A *exhibere magis visus est quam quod BCD habent* ere. 61. *Sana omnia et plane ad Italorum etiam nostrae aetatis morem conformata, qui in sermonibus narrandis* dice *usquequaque inferciunt. cf.* 178 62. IBI (*minus probabiliter* IUI) ILLARUM *A, neque aliud quidquam latet in scriptura* inuit *BaC quam* ibi, *ut v.* 104 interibi *in BCD* interiuit *exaratum est.* 66. *Pluralem* AIEBANT *in A agnovit Loewius, itaque recte* aibant *Ritschelius.* aiebat *in altera recensione extitit.* 68. nimis pulchrum esse hominem *sic in libris praeter A finitur versiculus, sed in hoc post* HOMINEM *mutatae personae signum et in eadem linea duae litterae, fortasse* ME *vel* MI *et in sequenti quinque fere vel plures secuntur, admodum illae quidem obscurae: nam prima Loewio visa est sive* Λ *sive X, minus probabiliter* K (*h. e.* H), *secunda* I *vel* E, *tertia* O *vel* C *vel* G, *quarta* I, *quinta* E *vel* T *vel* C, *reliquarum vaga tantum umbra apparebat. Probabile igitur est,* hominem *vetus glossema esse, id quod Loewius quoque perspexit, genuinum autem versus exitum* mihi quidem *in altera textus recensione excidisse.* operam dare *Camerarius*

PYRGOPOLINICES

Vidétur tempus ésse ut eamus ád forum,
Vt ín tabellis quós consignaui ínterim
Latrónes, ibus dínumerem stipéndium.
Nam réx Seleucus me ópere orauit máxumo,
Vt síbi latrones cógerem et conscríberem:
Regi húnc diem mihi óperam decretúmst dare.

ARTOTROGVS

Age eámus ergo.

PYRGOPOLINICES

Séquimini, satéllites.

73. *Rectissime* interim *Ritschelius elicuit ex Palatinorum scriptura* hic aeri: *in Ambrosiano* HICERI *legit Loewius, sed* ERI *confidentius quam* HIC. *Sic autem procedunt sermones, ut miles postquam iam v.* 31 *et* 36 *negotii se meminisse frustra significarit, v.* 38 *apertius, sed ut statim in mentem eius involet parasitus, tabellas roget, quibus cum stilo acceptis statim consignare incipit latronum a se conscriptorum numerum: cum in memoriam sibi revocaturus quaerit v.* 42: ecquid meministi? *sed ridiculas adulatoris gloriationes facile tolerans tacite pergit tabellas notatis inplere.* 77. Regi *D* Rei *BC: etiam in Pseuduli v.* 532 rei agathocli *BCD habent. Repetit autem cum emphasi miles regis, cui scilicet gratificatur, mentionem; item* 943 *sq. Seleuci nomine delectatur.*

ACTVS II

PALAESTRIO

Mihi ad énarrandum hoc árgumentumst cómitas,
Si ad aúscultandum uóstra erit benígnitas.
Qui autem aúscultare nólet, exsurgát foras,
Vt sít ubi sedeat ílle qui auscultáre uolt.
Nunc qua ádsedistis caúsa in festiuó loco,
Comoédiai quám modo acturí sumus
Et árgumentum et nómen uobis éloquar.
Alázon Graece huic nómen est comoédiae:
Id nós Latine glóriosum dícimus.
Hoc óppidum Ephesumst: índe est miles méus erus,
Qui hinc ád forum abiit, glóriosus ínpudens
Stercóreus, plenus périuri atque adúlteri.
Is déridiculost, quáqua incedit, ómnibus: 92
Ait sése ultro omnis múlieres sectárier. 91
Itaque híc meretricis, lábiis dum ductánt eum,

79–155: *totam quae prologi instar est orationem nova recensione saeculo u. c. septimo ita depravatam atque interpolatam esse arbitror, ut vere a Plauto relicta non audeam a noviciis secernere, quamquam postrema pars inde a v. fere* 136 *magis veterem redolet poetam. Post v.* 87 *unum vel duos versiculos excidisse suspicatus est Ritschelius.* 88. epeſū ē *BCD, quod non magis oblitterandum quam* Abydum Lampsacum Cyzicum Epidamnum Orchomenum Epidaurum Corintum *alia neutra. Aspiratio Graecorum vocabulorum, quam a Plautina aetate alienam fuisse constat, deest etiam in argum.* II 4: epeſſū *Ba. Item v.* 14 Bumbomacides, 122 Atenis, 461 Pilocomasio, 773 moecus, 1433 moecis *et* moecorum, 852 baccabatur, 984 pitecium, 1059 tensauros, 1134 arcitecte, 1420 clamyde *et* macaera *reliquerunt librarii.* inde est *Lipsius, cui frustra adversatur O. Seyffert in commentatione schol. a.* 1874 *p.* 19. idē *B, om. q* 91 *sq. transposui, ne singulae inter se hient sententiae: nam interpunctionis, qua Brixius usus, vanum est remedium.*

Maiórem partem uídeas ualgis sáuiis. 94
* * * * * * * * * * *
Id uolo uos scire, quó modo ad hunc deuénerim 96
In séruitutem ab eó, cui seruiuí prius:
Nam ego haú diu apud hunc séruitutem séruio. 95
Date óperam: nam nunc árgumentum exórdiar. 98
Erat érus Athenis míhi adulescens óptumus.
Is amábat meretricem áltam Athenis Átticis
Et illa íllum contra; quíst amor cultu óptumus.
Is públice legátus Naupactúm fuit
Magnái rei públicai grátia.
Intéribi hic miles fórte Athenas áduenit:
Insínuat sese *abséntis* ad illam amícam eri;
Occépit eius mátri subpalpárier
Vino, órnamentis ópiparisque obsóniis;
Itaque íntimum ibi se míles apud lenám facit.
Vbi prímum euenit míliti huic occásio,
Sublínit os illis lénae matri múlieris,
Quam erus méus amabat. nám is illius fíliam
Coniécit in nauem míles clam matrém suam
Eamque húc inuitam múlierem in Ephesum áduehit.
Vbi amícam erilem Athénis auectám scio,
Ego quántum tutus póssum mihi nauém paro:
Inscéndo, ut eam rem Naúpactum ad erum núntiem.
Vbi súmus prouecti in áltum (fit quod dí uolunt),
Capiúnt praedones náuem illam ubi uectús fui:
Prius périi quam ad erum uéni, quo ire occéperam.

Lacunam post v. 94 *indicari cum Ritschelio praef.* XIII. 105. absentis *inserui, ut et numeris et sententiae succurrerem.* 108. milis *BCD, item* 112. 249, *ut* hospis *v.* 739. 750: *vulgares formas in textum nolebam recipere.* 109. *Et hiat et manca est narratio: nam minus gratum puellae quam lenae militem fuisse debebat addere Palaestrio.* 110. illiſ (*h. e.* illius) *Bc CD* illoſ *Ba. Structura haec est:* illius mulieris matri lenae, *ut adiectivi vice fungatur* lenae. 112. coniĕcit *praesentis forma latet in scriptura* contegit *CD:* contigit, *h. e.* coniicit *B* 113. aduehit *Bc* aduenit *Ba CD* 114. ubi ω, *etiam B teste Hinckio.* 115. tutus *R* uiuuſ ω, *suprascr.* citiuſ *Bc* 117. fit quod di uolunt] *cf. Petronius* 76: 'cito fit quod di volunt'; 61 'ibi quomodo di volunt amare coepi uxorem Terentii coponis'. *Post v.* 119 *narrare debebat, se in Ephesum a piratis delatum esse.*

Ille *quí* me cepit dát me huic dono míliti.
Hic pósquam in aedis me ád se deduxít domum,
Video íllam, amicam erílem, Athenis quaé fuit.
Vbi cóntra aspexit me, óculis mihi signúm dedit,
Ne se áppellarem. deínde, posquam occásiost,
Conquéritur mecum múlier fortunás suas.
Ait sése Athenas fúgere cupere ex hác domu:
Sese íllum amare, méum erum, Athenis quí fuit,
Neque péius quemquam odísse quam istum mílitem.
Ego quóniam inspexi múlieris senténtiam,
Cepí tabellas, cónsignaui clánculum,
Dedi mércatori cuídam, qui ad illum déferat,
Meum erúm, qui Athenis fúerat, qui hanc amáuerat,
Vt is húc ueniret. ís non spreuit nóntium:
Nam et uénit is et in próxumo hic deuórtitur
Apúd paternum suom hóspitem, lepidúm senem.
Isque ílli amanti suo hóspiti morém gerit
Nosque ópera consilióque adhortatúr iuuat.
Itaque égo paraui hic íntus magnas máchinas,
Qui amántis una intér se facerem cónuenas.
Nam unúm conclaue cóncubinae quód dedit
Milés, quo nemo nísi eapse inferrét pedem,
In eó conclauid égo perfodi párietem,
Qua cómmeatus clám esset hinc huc múlieri.
Et séne sciente hoc féci: is consiliúm dedit.
Nam méus conseruos ést homo haut magní preti,
Quem cóncubinae míles custodem áddidit.
Ei nós facetis fábricis et doctís dolis
Glaucúmam ob oculos óbiciemus eúmque .ita

121. p'quam *B, i. e.* posquam, *ut* 124 *CD habent* 132 *in tam loquaci inepti et repetitiones minime vitantis poetae narratione cum Guieto delere non ausim, qui in Plauto neque haec neque alia tolerarem.*
133. nṓntium *D* nuntium φ 134. uenit is et *R* uenit et is *BcD, cuius collocationis idonea exempla desidero.* uenietiſ *Ba* uenit eiuſ *C* 136. Isque *inter alia proposuit Muellerus prosod.* 327. Itaque ω: *aberravit librarius ad v.* 138. 147. doctis] F . . . . S *A: post* F *Loewius* RI *dignoscere quasi per tenebras sibi visus est sequentibus duabus litteris plane obductis, ceterum* fictis *minus bene quadrare videbatur:* doctis *allitteratione defenditur.*

Maiórem partem uídeas ualgis sáuiis. 94
* * * * * * * * * * *
Id uolo uos scire, quó modo ad hunc deuénerim 96
In séruitutem ab eó, cui seruiuí prius:
Nam ego haú diu apud hunc séruitutem séruio. 95
Date óperam: nam nunc árgumentum exórdiar. 98
Erat érus Athenis míhi adulescens óptumus.
Is amábat meretricem áltam Athenis Átticis
Et illa íllum contra; quíst amor cultu óptumus.
Is públice legátus Naupactúm fuit
Magnái rei públicai grátia.
Intéribi hic miles fórte Athenas áduenit:
Insínuat sese *abséntis* ad illam amícam eri;
Occépit eius mátri subpalpárier
Vino, órnamentis ópiparisque obsóniis;
Itaque íntimum ibi se míles apud lenám facit.
Vbi prímum euenit míliti huic occásio,
Sublínit os illis lénae matri múlieris,
Quam erus méus amabat. nám is illius fíliam
Coniécit in nauem míles clam matrém suam
Eamque húc inuitam múlierem in Ephesum áduehit.
Vbi amícam erilem Athénis auectám scio,
Ego quántum tutus póssum mihi nauém paro:
Inscéndo, ut eam rem Naúpactum ad erum núntiem.
Vbi súmus prouecti in áltum (fit quod dí uolunt),
Capiúnt praedones náuem illam ubi uectús fui:
Prius périi quam ad erum uéni, quo ire occéperam.

Lacunam post v. 94 *indicari cum Ritschelio praef.* XIII. 105. absentis *inserui, ut et numeris et sententiae succurrerem.* 108. milis *BCD, item* 112. 249, *ut* hospis *v.* 739. 750: *vulgares formas in textum nolebam recipere.* 109. *Et hiat et manca est narratio: nam minus gratum puellae quam lenae militem fuisse debebat addere Palaestrio.* 110. illiſ (*h. e.* illius) *Bc CD* illoſ *Ba. Structura haec est:* illius mulieris matri lenae, *ut adiectivi vice fungatur* lenae. 112. coniĕcit *praesentis forma latet in scriptura* contegit *CD:* contigit, *h. e.* coniicit *B* 113. aduehit *Bc* aduenit *Ba CD* 114. ubi ω, *etiam B teste Hinckio.* 115. tutus *R* uiuuſ ω, *suprascr.* citiuſ *Bc* 117. fit quod di uolunt] *cf. Petronius* 76: 'cito fit quod di volunt'; 61 'ibi quomodo di volunt amare coepi uxorem Terentii coponis'. *Post v.* 119 *narrare debebat, se in Ephesum a piratis delatum esse.*

in Ephesum?

Ille *quí* me cepit dát me huic dono míliti.
Hic pósquam in aedis me úd se deduxít domum,
Video íllam, amicam erílem, Athenis quaé fuit.
Vbi cóntra aspexit me, óculis mihi signúm dedit,
Ne se áppellarem. deínde, posquam occásiost,
Conquéritur mecum múlier fortunás suas.
Ait sése Athenas fúgere cupere ex hác domu:
Sese íllum amare, méum erum, Athenis quí fuit,
Neque péius quemquam odísse quam istum mílitem.
Ego quóniam inspexi múlieris senténtiam,
Cepí tabellas, cónsignaui clánculum,
Dedi mércatori cuídam, qui ad illum déferat,
Meum erúm, qui Athenis fúerat, qui hanc amáuerat,
Vt is húc ueniret. ís non spreuit nóntium:
Nam et uénit is et in próxumo hic deuórtitur
Apúd paternum suom hóspitem, lepidúm senem.
Isque ílli amanti suo hóspiti morém gerit
Nosque ópera consilióque adhortatúr iuuat.
Itaque égo paraui hic íntus magnas máchinas,
Qui amántis una intér se facerem cónuenas.
Nam unúm conclaue cóncubinae quód dedit
Milés, quo nemo nísi eapse inferrét pedem,
In eó conclauid égo perfodi párietem,
Qua cómmeatus clám esset hinc huc múlieri.
Et séne sciente hoc féci: is consiliúm dedit.
Nam méus conseruos ést homo haut magní preti,
Quem cóncubinae míles custodem áddidit.
Ei nós facetis fábricis et doctís dolis
Glaucúmam ob oculos óbiciemus eúmque .ita

121. p'quam *B, i. e.* posquam, *ut* 124 *CD habent* 132 *in tam loquaci inepti et repetitiones minime vitantis poetae narratione cum Guieto delere non ausim, qui in Plauto neque haec neque alia tolerarem.* 133. nõntium *D* nuntium φ 134. uenit is et *R* uenit et is *BcD, cuius collocationis idonea exempla desidero.* uenietiſ *Ba* uenit eiuſ *C* 136. Isque *inter alia proposuit Muellerus prosod.* 327. Itaque ω: *aberravit librarius ad v.* 138. 147. doctis] F . . . . S *A: post* F *Loewius* RI *dignoscere quasi per tenebras sibi visus est sequentibus duabus litteris plane obductis, ceterum* fictis *minus bene quadrare videbatur:* doctis *adlitteratione defenditur.*

Faciémus ut quod uíderit ne uíderit.
Et móx ne erretis, haéc duarum hodié uicem
Et hínc et illinc múlier feret imáginem,
Atque éadem erit, uerum ália esse adsimulábitur:
Ita súblinetur ós custodi múlieris.
Sed fóris concrepuit hínc a uicinó sene.
Ipse éxit: hic illest lépidus quem dixí senex.

PERIPLECOMENVS. PALAESTRIO

PERIPLECOMENVS

Ni hércle diffregéritis talos pósthac quemque in tégolis
Víderitis aliénum, uostra ego fáciam latera lórea.
Mi équidem iam arbitreí uicini súnt, meae quid fiát domi:
Ita per inpluuium íntro spectant. núnc adeo edico ómnibus:
Quémque a milite hóc uideritis hóminem in nostris tégulis
Éxtra unum Palaéstrionem, huc déturbatote ín uiam.
Quód ille gallinam aút columbam sé sectari aut símiam
Dícat: disperístis, ni usque ad mórtem male mulcássitis.
Átque adeo, ut nec légi fraudem fáciant aleáriae,
Ádcuratote út sine taleis dómi agitent conuíuium.

---

150. UICEM *A* φ, *non* in uicem, *quod ne Plautinum quidem est.* 156. diffregeritis *R: cf. Coroll. com.* LVI; *item* 720. DEFREGERITIS *ABc* defrigerit iſ *BaD* defrieret iſ *C* QUEMQUEM *A, etiam v.* 160, *ut legit Bentleius ad Ter. eun.* V 8, 34: *item ante vocalem Men.* 717 *Truc.* II 1, 17, *ante consonantem* Most. 831 Aulul. 196 Ter. hec. 65; *sed* quemque 460 quaeque 1387: *cf. Capt.* 798 *Merc.* 20 *Asin.* 404 TEGOLIS *A, quamquam* O *an* U *extet, non plane certum.* teguliſ φ: 160 teculiſ *C* 173 tequliſ *C* tectuliſ *Da: cf.* 210 apace *BCD* 250 conlici *Ba* concili *CD* 157. UESTRAEGO *A* ego uostra (urā *C* uestra *FZ*) φ 158. MIHIEQUIDEM *A, et* mi equidem *exprimi iussit Ed. Becker de syntaxi interr. obl. in Studemundi Studiis* I 246. mihi quidem φ ????? arbitrei] arbitriet *B* arbitriae *C* 161. DECURBATE *A: quod si* DECU *certum est*, deculcatote *conicias, quamquam* deturbatote *defenditur Merc.* 115 *Rud.* 87. 164. nec legi *DbFZ: cf. Kochius mus. Rhen.* XXV 621 *et v.* 343. 1320. neglegi *C* NELEGI *AB* 165. ſine tali////ſ (*in rasura* i *fuit*) *Bc* ſinet aliiſ *D* ſinet alii *C* SINE TALIS *A*

PALAESTRIO

Néscio quid male fáctum a nostra hic fámiliast, quantum aúdio:
Íta hic senex talós elidi iússit conserueís meeis.
Séd me excepit: níhili facio quíd illis faciat céteris.
Ádgrediar hominem.

PERIPLECOMENVS

Éstne aduorsum hic quí uenit Palaéstrio?

PALAESTRIO

Quíd agis, Periplecómene?

PERIPLECOMENVS

Hau multos hómines, si optandúm foret,
Núnc uidere et cónuenire quám te mauellém.

PALAESTRIO

Quid est?
Quíd tumultuás cum nostra fámilia?

PERIPLECOMENVS

Occisí sumus.

PALAESTRIO

Quíd negotist?

PERIPLECOMENVS

Rés palamst.

PALAESTRIO

Quae rés palamst?

PERIPLECOMENVS

De tégulis
Módo nescio quis ínspectauit uéstrum familiárium
Pér nostrum inpluuium íntus apud nos Phílocomasium atque hóspitem
Ósculantis.

PALAESTRIO

Quís homo id uidit?

---

167. conseruuſ meuſ *BaCD* CONSERUISMEIS *ABb* 170. HAU *A* (*confirmatur eadem forma librorum auctoritate v.* 95 *CDa*, 293 *Ba*, 381 *et* 1009 *A*, *corruptelis prodi videtur v.* 1018. 1067) haud *B* haut *CDa*.

PERIPLECOMENVS

Túos conseruos.

PALAESTRIO

Quís is homost?

PERIPLECOMENVS

Néscio: ita abripuít repente sése subito.

PALAESTRIO

Súspicor
Mé perisse.

PERIPLECOMENVS

Vbi abít, conclamo: 'heus, quíd agis tu' inquam 'in tégulis?'
Ílle mihi abiens íta respondit, sé sectari símiam.

PALAESTRIO

Vaé mihi misero, quoí pereundumst própter nihili béstiam!
Séd Philocomasium hícine etiam núnc est?

PERIPLECOMENVS

Quom exibam, híc erat.

PALAESTRIO

Si ístist, iube transíre huc quantum póssit, se ut uideánt domi
Fámiliares: nísi quidem illa nós uolt, qui serní sumus,
Própter amorem suom ómnis crucibus cóntubernalís dari.

PERIPLECOMENVS

Díxi ego istuc: nísi quid aliud uís.

PALAESTRIO

Volo. hoc ei dícito:
Fácito ut ne quoquám de ingenio dégrediatur múliebri,
Eárumque artem et dísciplinam optíneat colere.

PERIPLECOMENVS

Quem ádmodum?

PALAESTRIO

Vt eum qui se hic uídit uerbis uíncat ne is se uíderit:
Sí quidem centiéns hic uisa sít, tamen infitiás eat;

177. repente abripuit *Luchs Herm.* VI 270 182. si istist *Lorenzius* ſiſ *BCD* ISTDS *A, sed in perforata ante* S *charta quid olim fuerit incertissimum: fortasse reliquerat Plautus* ita sist. 186. facito *R* PROFECTO *A, qui solus hunc versum servavit.*

Qui árguat se, eum cóntra uincat iúre iurandó suo.
Ós habet, linguám, perfidiam, málitiam atque audáciam.
Nám mulier holitóri numquam súpplicat, si quást mala:
Dómi habet hortum et cóndimenta ad ómnis colis máleficos,
Dómi dolos, domi délenifica fácta, domi fallácias.

PERIPLECOMENVS

Égo istaec, si erit hic, núntiabo. séd quid est, Palaéstrio,
Quód uolutas túte tecum in córde?

PALAESTRIO

Paulispér tace,
Dúm ego mihi consília in animum cónuoco et dum cónsulo,
Quíd agam, quem dolúm doloso cóntra conseruó parem,
Qui íllam hic uidit ósculantem, id uísum ne uisúm siet.

PERIPLECOMENVS

Quaére: ego hinc abscéssero abs te huc ínterim. illuc sís uide,
Quem ádmodum adstitít seuero frónte curans cógitans.
Péctus digitis púltat: cor credo éuocaturúst foras.
Écce auortit: níxus laeuo in fémine habet laeuám manum.
Déxtera digitís rationem cómputat: ferit ém femur
Déxterum: ita ueménter eicit: quód agat aegre súppetit.
Cóncrepuit digitís: laborat, crébros commutát status.
Éccere autem cápite nutat: nón placet quod répperit.
Quídquid est, incóctum non exprómet, bene coctúm dabit.
Écce autem aedificát: columnam ménto suffigít suo.
Ápage, non placét profecto míhi illaec aedificátio:
Nam ós columnatúm poetae esse índaudiui bárbaro,

190—194 *hoc ordine:* 191. 190. 194. 192. 193 *libri habent. Ortae sunt turbae interpolamentis, uno post* 191 (confidentiam confirmitatem fraudulentiam), *altero, quo caret A, post* 190 (domi habet animum falsilocum falsificum falsiiurium): *utrumque expulit Ritschelius.* 193. colis *Fritzschius ind. Rost.* 1850. MORES *A* molis φ MALEFICOS *A* malificos *Ba* milificos *CD* 201. curas cogitas *BaCD: cf.* 268 odorans *B* 272 dormies *Ba* 203. NIXUS *A* nisus φ 204. ferit em *R* FERIT *A* feries *BCD* feriens *FZ. Participium vel ideo ferri nequit, quod singula deinceps agere cogitandus est servus: fervens autem femur* (*sic enim* fervit *scribi iussit Studemundus Stud.* I 51) *quomodo tandem videre Sceledrus potuisset?* 205. DEXTERUMITA *A* φ UEHEMENTER *A* φ EICIT *A* (ICIT *teste Studem.*), *om.* φ 206. CREBROS *A* crebro φ

Cuí bini custódes semper tótis horis óccubant.
Eúge, euscheme hercle ástetisti et dúlice et comoédice. 213
Hábet, opinor. áge siquid agis: uígila, ne somnó stude,
Nísi quidem hic agitáre mauis uárius uirgis uígilias.
Tíbi dico: heus, canthérie, ἀκούεις? te ádloquor, Palaéstrio.
Vígila inquam, expergíscere inquam: lúcet hoc inquam.

PALAESTRIO

Aúdio.

PERIPLECOMENVS

Víden hostis tibi adésse tuoque térgo obsidium? cónsule,
Árripe opem auxiliúmque ad hanc rem: própere hoc, non placidé decet.
Ánte ueni aliqua, áliquo saltu círcumduce exércitum.
Cóge in obsidiúm perduellis, nóstris praesidiúm para.
Ínterclude inimícis itiner, caúte tibi muní uiam,
Quá cibatus cómmeatusque ád te et legionís tuas
Túto possit péruenire. hanc rém age: res subitáriast.
Réperi, comminíscere, cedo cálidum consiliúm cito,
Quae híc sunt uisa ut uísa ne sint, fácta ut facta né sient.
Túte unus si récipere hoc ad te dícis, confidéntiast 229
Nós inimicos prófligare pósse.

PALAESTRIO

Dico et récipio,
Ét ego me imperáre dico, id quód petis.

Númquam hodie quiéscet prius quam id quód petit perfécerit. 214

Mágnam illic homo rem íncipissit, mágna moenit moénia. 228

---

213. astetisti et *Festus s. v. comoedice p.* 61 *M.*: *cf.* 1248. astitiſ et *CD* aſtitiſſet *B* aſcitiſ et *F* aſtitit et *Z* 214 *dittographia est versus* 208. 217. tibi dico *Hauptius opusc.* II 138 tibi ego dico ω heus, cantherie, ἀκούεις? te adloquor *R* anheriatuſ ueſtiſ heuſ te adloqui ω: cantherie *Hauptio praeiverat Salmasius.* 219. uident *BaCDa, ut lateat fortasse:* uiden tu 223. interclude *FZ* intercludite φ, *in quo* interclude iter *latere vidit Lorenzius.* itiner, caute *R* commeatum ω, *ex sequenti v. inlatum.* 228 *ab hoc certe loco alienus vel post v.* 201 *vel post* 212, *at non post v.* 213 *inseri potest.* incipissit *Salmasius* incipiſ ſed ω munit *Salmasius* munitiſ ω 229: *verborum ordinem traditum restitui.* 231 *continuant Palaestrioni DFZ, Periplecomeno tribuit B: in C omnis personae nota hac in parte desideratur. Praemittitur ceteris* At me *in C* ego me imperare *R* egom inpetrarē *BaCD* (*nisi quod* imp. *Ba*) ego me impetrare *Bc* egon (ego *Z*) imperatorem *FZ*

PERIPLECOMENVS

At te Iúppiter
Béne amet! auden párticipare mé quod commentú's?

PALAESTRIO

Tace,
Dum ín regionem astútiarum meárum te induco, út scias
Iúxta mecum méa consilia.

PERIPLECOMENVS

Sálua sumes índidem.

PALAESTRIO

Érus meus elephánti corio círcumtentust, nón suo,
Néque habet plus sapiéntiae quam lápis *habet.*

PERIPLECOMENVS

Ego istúc scio.

PALAESTRIO

Núnc sic rationem íncipisso, hánc instituam astútiam,
Ýt Philocomasio hánc sororem géminam germanam álteram
Dícam Athenis áduenisse cúm amatore aliquó suo,
Tám similem quam lácte lactist: ápud te eos hic deuórtier
Dícam hospitio.

PERIPLECOMENVS

Euge eúge, lepide: laúdo commentúm tuom.

PALAESTRIO

Ýt, si illic concríminatus sít aduorsum mílitem
Méus conseruos, *se* eám uidisse hic cum álieno osculárier,
Árguam hanc uidísse apud te cóntra conseruóm meum
Cúm suo amatore ámplexantem atque ósculantem.

Periplecomeno quae dedi at te . . amet *in libris Palaestrionis sunt, nisi quod eius notam om. CD; item in v.* 232 *post* amet *om. CD Periplecomeni notam, quae in ceteris libris additur.* 236. habet *post* lapis *addidi, om.* ω. *cf. Rud.* 227 néc magis solae terrae solae sunt quam haec sunt loca atque hae regiones. ego istuc scio *FZ* aegomi ſtuc ſcio *Ba* aego miſt ueſcio *CD* egomet iſtucſcio *Bc*: egom *eodem errore quo* talem — qualem *v.* 50 *B*, colerem 186 *C*, atquem 245 *Ba*, amatorē 245 *BaCD*, frustram 1016 *BCD*, Philocomaſiom 238 *BCD*, incipiſſom 237 *BaC, ubi* incipiſ *cum ras. D* incipio *FZ*: *cf. ad v.* 1323. *Neque quae Palaestrio v.* 242—245. 247 *sq. neque quae Periplecomenus v.* 246. 249 *sqq. futura statuit, revera in fabula nostra eveniunt.*

PERIPLECOMENVS

Immo óptume.

Ídem ego dicam, si éx me exquiret míles.

PALAESTRIO

Sed simíllimas

Dícito esse; et Phílocomasio id praécipiendumst út sciat,
Né titubet, si exquíret ex ea míles.

PERIPLECOMENVS

Nimis doctúm dolum.

Séd si ambas uidére in uno míles concilió uolet,
Quíd agimus?

PALAESTRIO

Facilést. trecentae póssunt causae cónligi:
'Nón domist, abit ámbulatum, dórmit ornatúr lauat
Prándet potat óccupatast, óperae non est, nón potest',
Quántum uis prolátionis: dúm modo hunc primá uia
Índucamus, uéra ut esse crédat quae mentíbimur.

PERIPLECOMENVS

Plácet ut dicis.

PALAESTRIO

Íntro abi ergo et si ístist mulier, eám iube
Cíto domum transíre: atque haec ei díce monstra praécipe,
Vt teneat consília nostra, quem ádmodum exorsí sumus,
Dé gemina soróre.

PERIPLECOMENVS

Docte tíbi illam perdoctám dabo.

Númquid aliud?

PALAESTRIO

Íntro ut abeas.

PERIPLECOMENVS

Ábeo.

PALAESTRIO

Et quidem ego ibó domum
Átque hominem inuestígando operam hunc díssimulabilitér dabo,
Quí fuerit conséruos, qui hodie sít sectatus símiam.

---

251. ABIT *A*, *nisi quod* I *etiam* E *esse potest.* abiit φ 253. PROLATIONIS *A*, *ut vid.* prolationum φ: *an* prolationes? 260. HUIC *A*φ, *quod frustra tuetur Brixius.*

Nam ílle non potuit quín sermone suo áliquem familiárium
Párticipauerít de amica eríli, se uidísse eam
Híc in proxumo ósculantem cum álieno adulescéntulo.
Nóui morem egomét: 'tacere néqueo solus quód scio'.
Si ínuenio qui díxit, ad eum uíneam pluteósque agam.
Rés paratast: uí pugnandod hóminem caperest cérta res.
Si íta non reperio, íbo odorans quási canis uenáticus
Vsque donec pérsecutus uólpem ero uestígiis.
Séd fores crepuérunt nostrae: ego uóci moderabór meae.
Nam íllic est Philocomásio custos, méus conseruos, qui ít foras.

SCELEDRVS. PALAESTRIO

SCELEDRVS

Nísi quidem ego hodie ámbulaui dórmiens in tégulis,
Cérto edepol scio mé uidisse hic próxumae uicíniae
Phílocomasium erílem amicam síbi malam rem quaérere.

PALAESTRIO

Híc illam uidit ósculantem, quántum hunc audiuí loqui.

SCELEDRVS

Quís hic est?

PALAESTRIO

Tuos conséruos. quid agis, Scéledre?

SCELEDRVS

Te, Palaéstrio,

Vólup est conuenísse.

PALAESTRIO

Quid iam? aut quíd negotist? fác sciam.

SCELEDRVS

Métuo . .

PALAESTRIO

Quid metuís?

---

263. erili se *Ritschelius in scholis Bonnensibus* esius e, *m. ead.* eri///se *B* eri qui *CD* ERISESE *A* 266. DIXIT *A* uidit φ 267. pugnandod *Fleckeisenus annalibus suis* 1873 *p.* 502. PUGNANDOQ· *A* pugnandoque φ 277. QUIDIAMNEGOTIEST *A*, *ut* iam, *quod in ceteris libris deest, errore ex antecedentibus videatur inlatum esse. cf. Ed. Loch de genetivi apud priscos scriptores Lat. usu p.* 14 *sqq.*

SCELEDRVS

Ne hercle hodie, quántum hic familiáriumst,
Máxumum in malúm cruciatum ínsuliamus.

PALAESTRIO

Tú sali
Sólus: nam ego istam ínsulturam et désulturam níl moror.

SCELEDRVS

Néscis tu fortásse apud nos fácinus quod natúmst nouom.

PALAESTRIO

Quód id est facinus?

SCELEDRVS

Ínpudicum.

PALAESTRIO

Túte scias solí tibi:
Míhi ne dixis; scíre nolo.

SCELEDRVS

Nón enim faciam quín scias.
Símiam hodie súm sectatus nóstram in horum tégulis . . .

PALAESTRIO

Édepol, Sceledre, homó sectatu's níhili nequam béstiam.

SCELEDRVS

Dí te perdant.

PALAESTRIO

Té istuc aequomst, quóniam occepisti, — éloqui.

SCELEDRVS

Fórte fortuná per inpluuium húc despexi in próxumum:
Átque ego illi aspicio ósculantem Phílocomasium cum áltero
Néscio quo adulescénte.

PALAESTRIO

Quod ego, Scéledre, scelus ex te aúdio?

SCELEDRVS

Édepol uidi.

PALAESTRIO

Tútin'?

SCELEDRVS

Egomet, duóbus hisce oculís meis.

PALAESTRIO

Ábi, non uerisímile dicis néque uidisti.

279. *Hiatum gestu et pausa explebat Sceledrus.* 285 sectatust *Luchs Herm.* XIII 500 290. edepol *R* pro*f*ecto ω: *cf.* 186

SCELEDRVS

Núm tibi
Líppus uideor?

PALAESTRIO

Médicum istuc tibi méliust percontárier.
Vérum enim tu istam, sí te di ament, témere hau tollas fábulam.
Tuís nunc cruribús scapulisque fraúdem capitalem hínc creas:
Nám tibi iam ut pereás paratumst dúpliciter, nisi súpprimis
Tuóm stultiloquiúm.

SCELEDRVS

Qui uero dúpliciter?

PALAESTRIO

Dicám tibi.
Prímumdum, si fálso insimulas Phílocomasium, hoc périeris:
Íterum, si id uerúmst, tu ei cústos additus *bis* périeris.

SCELEDRVS

Quíd fuat me néscio: hoc me uídisse ego certó scio.

PALAESTRIO

Pérgin, infelíx?

SCELEDRVS

Quid tibi uis dícam, nisi quod uíderim?
Quín etiam nunc íntus hic in próxumost.

PALAESTRIO

Eho an nón domist?

SCELEDRVS

Víse, abi intro túte: nam ego iam míhi nil credi póstulo.

PALAESTRIO

Cértumst facere.

SCELEDRVS

Et híc te opperiar: eádem illi insidiás dabo,
Quám mox horsum ad stábulum iuuenix récipiat se a pábulo.
Quíd ego nunc faciám? custodem mé illi miles áddidit:
Núnc si indicium fácio, interii; sí taceo, *interii* tamen,
Si hóc palam fuerít. quid peius múliere aut audácius?

294. scapulis *Acidalius* capiti ω 298. bis *addidi, om.* ω 303. facere. sc. et *R* faceret *B a* facere φ 307. peiuſ ω, *quod in exclamatione fortasse servandum.* peiust *Ritschelius.*

Dúm ego in tegulís sum, illa ec suo séd hospitio edít foras.
Édepol facinus fécit audax. hócine si milés sciat,
Crédo hercle hasce aedís sustollat tótas atque hunc ín crucem.
Quídquid hercle est, mússitabo pótius quam intereám male:
Nón ego possum quae ípsa sese uénditat tutárier.

PALAESTRIO

Scéledre Sceledre, quís homo in terra te álter est audácior?
Quís magis deis inimícis natus quám tu atque iratís?

SCELEDRVS

Quid est?

PALAESTRIO

Iúben tibi oculos éxfodiri, quíbus id quod nusquámst uides?

SCELEDRVS

Quíd, nusquam?

PALAESTRIO

Non égo tuam empsim uítam uitiosá nuce.

SCELEDRVS

Quíd negotist?

PALAESTRIO

Quíd negoti sít rogas?

SCELEDRVS

Cur nón rogem?

PALAESTRIO

Nón tu tibi istam praétruncari línguam largiloquám iubes?

SCELEDRVS

Quam óbrem iubeam?

PALAESTRIO

Phílocomasium éccam domi, quam in próxumo
Vídisse aibas te ósculantem atque ámplexantem cum áltero.

---

308. illa ec suo sed *R*: *cf.* 1270. illac hec funnt *D* illac hec (haec *C*) fum *BaC* illaec fe *Bc*: *cf. Ritschelius nov. exc. Plaut.* I 51. 68. 309. hocine *BD* hoeme *C* hoccine *FZ*. *Cf.* 564. 931. 439. *Vindicavit adfirmativam encliticae* ne *vim et usum Minton Warren in The American Journal of Philology ed. by Basil L. Gildersleeve* II 5 (1881) *p.* 50 *sqq.*
311. quidquid hercle est *CFW Mueller pros.* 307 hercle quicquid est ω hercle quid id est *Brixius annal philol.* 1877 *p.* 337, *quod non satis intellego*

SCELEDRVS

Mírumst lolio uíctitare té tam uili trítico.

PALAESTRIO

Quíd iam?

SCELEDRVS

Quia luscítiosu's.

PALAESTRIO

Vérbero, edepol tú quidem
Caécu's, non luscítiosus: nam íllam quidem uidí domi.

SCELEDRVS

Quíd, domi?

PALAESTRIO

Domi hércle uero.

SCELEDRVS

Abi lúdis me, Palaéstrio.

PALAESTRIO

Tám mihi sunt manus ínquinatae.

SCELEDRVS

Quídum?

PALAESTRIO

Quia ludó luto.

SCELEDRVS

Vaé capiti tuó.

PALAESTRIO

Tuo istuc, Scéledre, promittó fore,
Nísi oculos órationemque ália commutás tibi.

Séd fores concrepuérunt nostrae.

SCELEDRVS

At égo illic obseruó foris:
Nám nihil est qua hinc húc transire ea póssit nisi recto óstio.

PALAESTRIO

Quín domi eccam: néscio quae te, Scéledre, scelera súscitant.

---

323. illam quidem uidi *FZ* illam quidem illa *BCD* 325. Tam *Ba CD* Tum *Bc*. *Sententia est:* inde fit ut tam sint inquinatae: *cf. Bacch.* 820 328—330 *recte inclusit Ladevicus Philol.* XVII 257: *sed et hinc aliena neque alibi recte inseruntur. Versus* 329 *quidem factus ex* 377. 418; 330 *ad v.* 289 *exemplum; v.* 328 at ego . . foris *praeoccupant v.* 333 *et* 342. 328. illic obseruo *R* ilico obferui *Ba* (*suprascr.* illaſ *et* ua *Bc*) ila obseruiſ *CD* illaſ obferuo *FZ*

SCELEDRVS

Míhi ego uideo, míhi ego sapio, *míhi* ego credo plúrumum:
Mé homo nemo déterrebit quín ea sit in hisce aédibus.
Híc obsistam, ne ínprudenti huc éa se subrepsít mihi.

PALAESTRIO

Méus illic homost: déturbabo iam égo illum de pugnáculis.
Vín iam faciam ut *té* stultiuidum túte fateare?

SCELEDRVS

Áge face.

PALAESTRIO

Néque te quicquam sápere corde néque oculis utí?

SCELEDRVS

Volo.

PALAESTRIO

Némpe tu istic ais ésse erilem cóncubinam?

SCELEDRVS

Atque árguo
Eám me uidisse ósculantem hic íntus cum alienó uiro.

PALAESTRIO

Scín tu nullum cómmeatum hinc *húc* esse a nobís?

SCELEDRVS

Scio.

PALAESTRIO

Néque solariúm neque hortum nísi per impluuiúm?

SCELEDRVS

Scio.

PALAESTRIO

Quíd nunc? si ea domíst: si eam facio ut éxire hinc uideás domo,
Dígnun es uerbéribus multis?

SCELEDRVS

Dígnus.

PALAESTRIO

Serua istás foris,
Né tibi clam se súbterducat ístinc atque huc tránseat.

SCELEDRVS

Cónsiliumst ita fácere.

---

334. pugnaculis *cui displicebit, scribat* deturbabo eum iam de propugnaculis. 343. nec *B*: *cf.* 164

PALAESTRIO

Pede ego iám illam huc tibi sistam ín uiam.

SCELEDRVS

Ágedum ergo face. uólo scire, utrum egon íd quod uidi uíderim,
Án illic faciat quód facturum dícit, ut ea sít domi.
Nam égo quidem meos óculos habeo néc rogo utendós foris.
Séd hic illi suppárasitatur sémper, hic eae próxumust:
Prímus ad cibúm uocatur, prímo pulmentúm datur.
Nám illic noster ést fortasse círciter triménium:
Néc cuiquam *alii* quam ílli in nostra méliust famulo fámilia.
Séd ego hoc quod ago, id me ágere oportet, hóc obseruare óstium.
Síc obsistam: hac quídem pol certo uérba mihi numquám dabunt

PALAESTRIO. PHILOCOMASIVM. SCELEDRVS

PALAESTRIO

Praecépta facito ut mémineris.

PHILOCOMASIVM

Totiéns monere mírumst.

PALAESTRIO

At métuo ut satis sis súbdola.

PHILOCOMASIVM

Cedo uél decem, edocébo
Minumé malas ut sínt malae: mihi sólaest quod supérfit.
Age núnc ïam insiste ín dolos: ego ábs te procul recédam.

PALAESTRIO

Quid aís tu, Sceledre?

SCELEDRVS

Hanc rém gero: habeo aúris, loquere: quíd uis?

---

350. trimenium *Guietus* TRIENNIUM *A φ* 351. alii *Ritschelius, om. A φ* 353. SIC *A B* hic *φ* 357. *Recte Ritschelius Philocomasio continuavit quem Palaestrioni tribuunt codices praeter A: nam illum, ut ipsis libris indicatur, par est v. sequenti adloqui Sceledrum, qui si Philocomasii vocem audivisset, aliter profecto respondisset; sed illa paululum recessit, ne statim illius oculi in se inciderent.*

PALAESTRIO

Credo égo istoc exempló tibi esse péreundum extra pórtam,
Dispéssis manibus pátibulum quom habitábis.

SCELEDRVS

O quamnam óbrem?

PALAESTRIO

Respícedum ad laeuam: illaéc quis est muliér?

SCELEDRVS

Pro di immortáles,
Eri cóncubinast haéc quidem.

PALAESTRIO

Mihi quóque pol ita uidétur.
Age núnc ïam, quandó lubet.

SCELEDRVS

Quid agám?

PALAESTRIO

Perire própera.

PHILOCOMASIVM

Vbi istést bonus seruos, quí probri me máxumi innocéntem
Falso ínsimulauit?

PALAESTRIO

Ém tibi, hic mi id díxit.

PHILOCOMASIVM

Tibin, hem, díxit?
Tun mé uidisse in próxumo hic, sceléste, ais osculántem?

PALAESTRIO

Atque cum álieno adulescéntulo dixít.

SCELEDRVS

Dixi hercle uéro.

PHILOCOMASIVM

Tun mé uidisti?

360. habitabis *R* habetuif *Ba* habetif *Bc* habebif *CD* UIDETIS *A* *o om. Aφ* 361. alleuā (*i. e.* al laevam) *Ba*: *cf. Bergkius ind. Hal.* 1858/9. *Fallitur qui his v.* 1210 *adversari monuit.* 363. PERIRE PROPERA *A* peripe propero *Ba* peri perpropere φ 365. *Personas ordinavit Ritschelius.* 365. EM *AB* hem φ hic mi (mihi *B*) id dixit *BCD* HICMIHIDIXITID (*valde incertum* ID) *A* tibin, hem, dixit? *R* tibi quem dixti (dixit *Ba*) *BCD* QUAE DIXI (*fort.* DIXIT) *A* 366. tun me *R* TUNE *A* tute me φ: *cf.* 368 AIS *A*, *om.* φ 367. ATQUE *etiam A* 368. TUNE *A ut* 366. tun me φ

SCELEDRVS

Atque hís quidem hercle oculís.

PHILOCOMASIVM

Carebis crédo
Qui plús uident quam quód uident.

SCELEDRVS

Numquam hércle deterrébor,
Quin uíderim id quod uíderim.

PHILOCOMASIVM

Ego stúlta et mora múltum,
Quae cum hóc insano fábuler, quem pól ego capitis pérdam.

SCELEDRVS

Nolí minitari: scío crucem futúram mihi sepúlcrum.
Ibi meí sunt maiorés siti, patér auos proauos ábauos.
Non póssunt mihi minís tuis hisce óculis exfodíri.
Sed paúcis uerbis té uolo, Palaéstrio: obsecró te,
Vnde éxit haec?

PALAESTRIO

Vnde nísi domo?

SCELEDRVS

Domo?

PALAESTRIO

Mé uiden?

SCELEDRVS

Te uídeo:
Nisi mírumst facinus, quó modo haec hinc húc transire pótuit.
Nam cérto neque soláriumst apud nós neque hortus úllus
Neque fénstra nisi clatráta: nam certe égo te hic intus uídi.

PALAESTRIO

Pergín, sceleste, inténdere hanc argúere?

PHILOCOMASIVM

Ecastor érgo
Mi hau fálsum euenit sómnium quod nóctu hac somniáui.

PALAESTRIO

Quid sómniauisti?

PHILOCOMASIVM

Éloquar: sed amábo aduortito ánimum.

HERCLE *A*, *om.* φ CREBRO *A* 370. ET MORA *ABa* moror *BcCD* 382. ADUORTITE *A*, *quod potest verum esse.*

Hac nócte in somnis méa soror geminást germana uísa
Venísse Athenis ín Ephesum cum súo amatore quódam.
Ei ambo hóspitio huc in próxumum deuórti mihi sunt uísi.

PALAESTRIO

Palaéstrionis sómnium narrátur. perge pórro.

PHILOCOMASIVM

Ego laéta uisa, quía soror uenísset, propter eándem
Suspícionem máxumam sum uísa sustinére.
Nam argúere in somnis mé meus mihi fámiliaris uísust,
Me cum álieno adulescéntulo, quasi núnc tu, esse aus-
culátam,
Quom illa aúsculata méa soror gemina ésset suompte amícum.
Id me ínsimulatam pérperam falsum ésse somniáui.

PALAESTRIO

Satin éadem uigilanti éxpetunt, quae in sómnis uisa mémoras?
Eu, hércle praesens sómnium: abi íntro et comprecáre.
Narrándum ego istuc míliti censébo.

PHILOCOMASIVM

Facere cértumst:
Neque mé quidem patiár probri falso ínpune insimulátam.

SCELEDRVS

Timeó quid rerum gésserim: ita dórsus totus prúrit.

PALAESTRIO

Scin té perisse?

SCELEDRVS

Núnc quidem domi cértost: certa rés est
Nunc nóstrum obseruare óstium, ubi ubíst.

PALAESTRIO

At, Sceledre, quaéso,
Vt ád id exemplum sómnium quam símile somniáuit,
Aeque út tu suspicátu's eam uidísse te osculántem.

390 *sq.* ausculatam *et* ausculata *formae quod hic tantum in parte saltem librorum seruantur, fortasse Philocomasium paullo elegantiore pronuntiatione uti voluit poeta.* 392. ID *A* Itē *Ba* Ita φ perperam falsum *locutionem grauiter auctam nolui oblitterare: cf.* 435 394. EU *A*, *Ritschelius* Heuſ φ 399. UBIUBIST, *ut correxit Bothius*, *A* (*quamvis per nebulas quasi divinatum*). ubi iſſet (uluſſet *Ba*) φ 400. QUAM SIMILE *A*, *Camerarius* quaſi (quia *Ba*) ſimile φ 401. aeque *Fuhrmannus annal. philol.* 1868 *p.* 845. ATQ· *A*φ eam vidisse te

SCELEDRVS

Nescío quid credam egomét mihi iam: ita quód uidisse crédo,
Me id iám non uidisse árbitror.

PALAESTRIO

Ne tu hércle sero, opínor,
Resipísces. si ad erum uénerit haec rés, peribis púlchre.

SCELEDRVS

Nunc démum experior mi ób oculos calíginem obstitísse.

PALAESTRIO

Dudum édepol planumst íd quidem: quae hic úsque fuerit íntus.

SCELEDRVS

Nihil hábeo certi quíd loquar: non uídi eam, etsi uídi.

PALAESTRIO

Ne tu édepol stultitiá tua nos paéne perdidísti:
Dum té fidelem fácere ero uoluísti, absumptu's paéne.
Sed fóres uicini próxumi crepuérunt: conticíscam.

PHILOCOMASIVM. PALAESTRIO. SCELEDRVS

PHILOCOMASIVM

Inde ígnem in aram, ut Éphesiae Diánae laeta laúdes
Gratísque agam eique ut Árabio fumíficem odore amoéne:
Quae me ín locis Neptúniis templísque turbuléntis
Seruáuit, saeuis flúctibus ubi sum ádflictata múltum.

SCELEDRVS

Palaéstrio, eho Palaéstrio!

PALAESTRIO

Eho Scéledre Sceledre, quíd uis?

SCELEDRVS

Haec múlier, quae hinc exít modo, estne erílis concubína
Philocómasium an non ést ea?

PALAESTRIO

Hercle opínor, ea uidétur.

Camerarius ESAMUIDISSE (? ?) *A* eſ (ſ *e corr.*) eam uidiſſet *Ba* eſ eam uidiſſe φ 406. PLANUM EST ID *A* planum hic φ

SCELEDRVS

Sed fácinus mirumst, quó modo haec hinc húc transire pótuit.

PALAESTRIO

Si quídem east.

SCELEDRVS

An dubium íd tibist eam ésse hanc?

PALAESTRIO

Ea uidétur.

SCELEDRVS

Adeámus, appellémus. heus, quid istúc est, Philocomásium?
Quid tíbi istic hisce in aédibus debétur? quid negótist?
Quid núnc taces? tecúm loquor.

PALAESTRIO

Immo édepol tute técum:
Nam haec níl respondet.

SCELEDRVS

Te ádloquor, uití probrique pléna,
Quae círcum uicinós uagas.

PHILOCOMASIVM

Quicúm tu fabuláre?

SCELEDRVS

Quicúm nisi tecum?

PHILOCOMASIVM

Quís tu homo's? aut mécum quid est negóti?

SCELEDRVS

Mé rogas, homo quí sim?

PHILOCOMASIVM

Quin ego hóc rogem quod nésciam?

PALAESTRIO

Quís ego sum igitur, si húnc ignoras?

PHILOCOMASIVM

Míhi odiosu's, quísquis es,
Ét tu et hic.

PALAESTRIO

Non nós nouisti?

---

418 *sq.* sed . . . east *Palaestrioni in libris continuantur;* 418 *adsignavi Sceledro.* 428—433. *inverti Sceledri et Palaestrionis personas et con-*

PHILOCOMASIVM

Neútrum.

PALAESTRIO

Metuo máxume . .

SCELEDRVS

Quíd metuis?

PALAESTRIO

Enim né *nos* nosmet pérdiderimus úspiam:
Nám nec te neque mé nouisse ait haéc. perscrutari hóc uolo,
Scéledre, nos nostri án alieni símus: ne clam quíspiam
Nós uicinorum ínprudentis áliquis inmutáuerit.
Cérte equidem nostér sum.

SCELEDRVS

Et pol ego.

PALAESTRIO

Quaéris tu, muliér, malum.
Tíbi ego dico: heus, Phílocomasium.

PHILOCOMASIVM

Quaé te intemperiaé tenent,
Quí me perperám perplexo nómine appellés?

PALAESTRIO

Eho,
Quís igitur uocáre?

PHILOCOMASIVM

Glycerae nómen est.

SCELEDRVS

Iniúria's:
Fálsum nomen póssidere, Phílocomasium, póstulas.
Á! Glycera es tu? nón glyca's, sed méo ero facis iniúriam.

---

tinuari v. 429 (enim ne) — 433 (noster sum) *Palaestrioni, cui in libris haec tantum* 430 (perscrutari) —432 *tribuuntur; recte Palaestrioni inscribuntur in codicibus* 433 *sq* (quaeris *e. q. s.*), *sed falso coniuncta cum antecedentibus* et pol ego. 435 *sq.* eho . . uocare *Palaestrioni cum libris reddidi, Sceledro adscripserat Ritschelius.* 438. *Domare monstra codicum conatus sum.* Adice teftu non (ñ *CD*) dicat ei et meo ero (aero *B*) non (ñ *CD*) facif iniuriã (iniuria *Ba*) *BCD* at iftuc non decet et meo hero facif iniuriam *FZ* *Ut hic* Glycera es *et* glyca *corruptelis* dicetef *et* dica *sepulta sunt, sic* 436 Glycerae *nomen Pareus ex* dicere, 808 Gliceram *Lipsius ex* diceam *scriptura elicuit. Omnino nil in Palatinis Plauti codicibus usitatius quam litterarum* cl *et* d (*velut in* Pleusicles Callicles *aliisque vocabulis quibusvis*) *permutatio.*

PHILOCOMASIVM

Égone?

SCELEDRVS

Tu*nc*.

PHILOCOMASIVM

Quaé heri Athenis Éphesum adueni uésperi
Cúm meo amatore, ádulescente Athéniensi?

SCELEDRVS

Díc mihi,
Quíd hic tibi in Epheso ést negoti?

PHILOCOMASIVM

Géminam germanám meam
Híc sororem esse índaudiui: eam uéni quaesitúm.

SCELEDRVS

Mala's.

PHILOCOMASIVM

Ímmo ecastor stúlta multum, quaé nobiscum fábuler.
Ábeo.

SCELEDRVS

Abire nón sinam te.

PHILOCOMASIVM

Mítte.

SCELEDRVS

Manufestária's:
Nón omitto.

PHILOCOMASIVM

At iám crepabunt míhi manus, malaé tibi,
Nísi me omittis.

SCELEDRVS

Quíd, malum, astas? quín retines altrímsecus?

PALAESTRIO

Níl moror negótiosum míhi esse tergum. quí scio
Án ista non sit Phílocomasium atque ália eius consimilís siet?

PHILOCOMASIVM

Míttin me an non míttis?

SCELEDRVS

Immo ui átque inuitam ingrátiis,
Nísi uoluntate íbis, rapiam té domum.

---

448. consimilis *Muellerus pros.* 561 ſimilif ω

PHILOCOMASIVM

Hosticum hóc mihi
Ést domicílium, Athénis domus est.

SCELEDRVS

Át erus *hic*.

PHILOCOMASIVM

Ego istám domum
Néque moror neque uós quis homines sítis noui néque scio.

SCELEDRVS

Lége agito: te núsquam mittam, nísi das firmatám fidem,
Te húc, si omisero, íntro ituram.

PHILOCOMASIVM

Ví me cogis, quísquis es.
Dó fidem, si omíttis, isto me íntro ituram, quó iubes.

SCELEDRVS

Écce omitto.

PHILOCOMASIVM

At ego ábeo missa.

SCELEDRVS

Múliebri fecstí fide.

PALAESTRIO

Scéledre, *e* manibus ámisisti praédam: tam east quám potis
Nóstra erilis cóncubina. uín tu facere hoc strénue?

SCELEDRVS

Quíd faciam?

PALAESTRIO

Ecfer míhi machaeram huc íntus.

SCELEDRVS

Quid faciés ea?

PALAESTRIO

Íntro rumpam récta in aedis: quémque hic intus uídero
Cúm Philocomasio ósculantem, eum ego óbtruncabo extémpulo.

SCELEDRVS

Vísanest ea ésse?

---

451. domicilium eſt *B* 452. quis homines sitis *proposui a.* 1857 *mus. Rhen.* XII 596, *repetiit (nisi quod* ques *praetulit) a.* 1870 *Bergkius Beitr. z. lat. Gr.* 98. qui hominef (homini *Ba*) ſitiſ ω 456. fecsti *commendari in annal. philol.* 1862 *p.* 372, *idem margini adscripsisse Bentleium nuper compertum est.* feci *Ba* feciſti φ

PHILOCOMASIVM

Egone?

SCELEDRVS

Tune.

PHILOCOMASIVM

Quaé heri Athenis Ephesum adueni uésperi
Cúm meo amatore, ádulescente Athéniensi?

SCELEDRVS

Díc mihi,
Quíd hic tibi in Epheso ést negoti?

PHILOCOMASIVM

Géminam germanám meam
Híc sororem esse indaudiui: eám uéni quaesitúm.

SCELEDRVS

Mala's.

PHILOCOMASIVM

Ímmo ecastor stúlta multum, quaé uobiscum fábuler.
Ábeo.

SCELEDRVS

Abire nón sinam té.

PHILOCOMASIVM

Mítte.

SCELEDRVS

Manufestária's:
Nón omitto.

PHILOCOMASIVM

At iám crepabunt míhi manus, malaé tibi,
Nísi me omittis.

SCELEDRVS

Quíd, malum, astas? quín retines altrímsecus?

PALAESTRIO

Níl moror negótiosum míhi esse tergum. quí scio
Án ista non sit Phílocomasium atque ália eius consimilís siet?

PHILOCOMASIVM

Míttin me an non míttis?

SCELEDRVS

Immo ui átque inuitam ingrátiis,
Nísi uoluntate íbis, rapiam té domum.

448. consimilis *Muellerus pros.* 561 fimilif ω

PHILOCOMASIVM

Hosticum hóc mihi
Ést domicílium, Athénis domus est.

SCELEDRVS

Át erus *hic.*

PHILOCOMASIVM

Ego istám domum
Néque moror neque uós quis homines sítis noui néque scio.

SCELEDRVS

Lége agito: te núsquam mittam, nísi das firmatám fidem,
Te húc, si omisero, íntro ituram.

PHILOCOMASIVM

Ví me cogis, quísquis es.
Dó fidem, si omíttis, isto me íntro ituram, quó iubes.

SCELEDRVS

Écce omitto.

PHILOCOMASIVM

At ego ábeo missa.

SCELEDRVS

Múliebri fecstí fide.

PALAESTRIO

Scéledre, *e* manibus ámisisti praédam: tam east quám potis
Nóstra erilis cóncubina. uín tu facere hoc strénue?

SCELEDRVS

Quíd faciam?

PALAESTRIO

Ecfer míhi machaeram huc íntus.

SCELEDRVS

Quid faciés ea?

PALAESTRIO

Íntro rumpam récta in aedis: quémque hic intus uídero
Cúm Philocomasio ósculantem, eum ego óbtruncabo extémpulo.

SCELEDRVS

Vísanest ea ésse?

451. domicilium eft *B* 452. quis homines sitis *proposui a.* 1857 *mus. Rhen.* XII 596, *repetiit (nisi quod* ques *praetulit) a.* 1870 *Bergkius Beitr. z. lat. Gr.* 98. qui hominef (homini *Ba*) fitif ω 456. fecsti *commendavi in annal. philol.* 1862 *p.* 372, *idem margini adscripsisse Bentleium nuper compertum est.* feci *Ba* fecifti φ

PALAESTRIO

Immo edepol pláne cast.

SCELEDRVS

Sed quó modo
Díssimulabat!

PALAESTRIO

Ábi, machaeram huc écfer.

SCELEDRVS

Iam faxo híc erit.

PALAESTRIO

Néque eques neque pedés profectost quísquam tanta audácia,
Qui aéque faciat cónfidenter quícquam quam *quae* múlieres.
Vt utrobique orátionem dócte diuisít suam,
Vt sublinitur ós custodi caúto, conseruó meo!
Nímis beat, quod cómmeatus tránstinet trans párietem.

SCELEDRVS

Heús, Palaestrió, machaera níhil opust.

PALAESTRIO

Quid iam? aút quid est?

SCELEDRVS

Dómi eccam erilem cóncubinam.

PALAESTRIO

Quíd? domi?

SCELEDRVS

In lectó cubat.

PALAESTRIO

Édepol ne tu tíbi malam rem répperisti, ut praédicas.

SCELEDRVS

Quíd iam?

PALAESTRIO

Quia hanc attíngere ausu's múlierem hinc e próxumo.

SCELEDRVS

Mágis hercle metuó. sed numquam quísquam faciet quín soror
Ístaec sit gemina húius.

469. quid iam? aut quid est? *Ritschelius.* QUITIAMAUTQU ? · · ST (*ut duae ante* S *litterae, quales vel* E *vel* I *vel* T, *fuisse videantur*) *A* quid iam haud (aut *FZ*) quid opus est φ: *contulit Epid.* I 1, 54 *Fleckeisenus annal. philol.* 1870 *p.* 78 472. QUIAHANC *etiam A cum* φ *correpto* hanc *pronomine: cf.* 768. 1003. 474. ISTAECSITGEMINA *A* ista ſit germana φ

PALAESTRIO

Eam pol tu ósculantem hic uíderas.

SCELEDRVS

Íd quidem palámst eam esse ut dícis. Quid propiús fuit
Quam út perirem, si élocutus éssem ero?

PALAESTRIO

Ergo sí sapis,
Mússitabis. plús oportet scíre seruom quám loquei.
Égo abeo a te, néquid tecum cónsili commísceam,
Átque ad hunc ibó uicinum. tuaé mihi turbae nón placent.
Érus si ueniet, sí me quaeret, híc ero: hinc me arcéssito.

SCELEDRVS. PERIPLECOMENVS

SCELEDRVS

Satin ábiit ille? néc eri sui negótium
Plus cúrat quasi non séruitutem séruiat.
Certo ílla quidem hic nunc íntus est in aédibus:
Nam egomét cubantem módo eam offendebám domi.
Certum óbseruatiónist nunc operám dare.

PERIPLECOMENVS

Non hércle hisce homines mé marem, sed féminam
Vicíni rentur ésse serui mílitis:
Ita mé ludificant. meámne hic in uia hóspitam,
Quae heri húc Athenis cum hóspite aduenít meo,
Tractátam et ludificátam, ingenuam et líberam!

SCELEDRVS

Perii hércle: hic ad me récta habet rectám uiam.
Metuo íllaec mihi res né malo magnó fuat,
Quantum húnc audiui fácere uerborúm senem.

475. ID *A* Et φ *Personae nota ante* quid *caret A, Sceledrus inde loquitur in* φ: *huic igitur etiam priorem versus partem, quae Palaestrionis esse solet, reddidi.* 476. si elocutus *Muellerus Add. p.* 3 SEILOCUTUS *A* ſi locutuſ φ 477. LOQUEI, *ut vid., A* loqui φ 479. ad *Bothius* APUD *A* φ IBO *A, Bothius: om.* φ *Iniuria expulit hunc v. Brixius.* 481. eri sui *R* ERILE (herile *B*) *A* φ 484. modo eam *R* EAMMODO *A* ea domo φ offendebam *R* OFFENDAM ? *A* offendi (oſtendi *Ba*) φ

PERIPLECOMENVS

Accédam ad hominem. tún Sceledre hic, scelerúm caput,
Meam lúdificauisti hóspitam ante aedís modo?

SCELEDRVS

Vicíne, ausculta quaéso.

PERIPLECOMENVS

Ego auscultém tibi?

SCELEDRVS

Expúrigare uólo me.

PERIPLECOMENVS

Tun te expúriges,
Qui fácinus tantum támque indignum féceris?
An quía latrocinámini, arbitrámini
Quiduís licere fácere uobis, uérbero?

SCELEDRVS

Licétne?

PERIPLECOMENVS

At ita me dí deaeque omnés ament,
Nisi míhi supplicium uírgarum de té datur
Longúm diutinúmque a mane ad uésperum,
Quod meás confregisti ímbricis et tégulas,
Ibi dúm condignam té sectarus símiam;
Quodque índe inspectauísti meum apud me hóspitem,
Ampléxam amicam quom ósculabatúr suam;
Quod cóncubinam erílem insimulare aúsus es
Probrí pudicam méque summi flágiti;
Tum quód tractauisti hóspitam ante aedís meas:
Nisi míhi supplicium stímuleum de té datur,
Dedécoris pleniórem erum faciám tuom,
Quam mágno uento plénumst undarúm mare.

SCELEDRVS

Ita súm coactus, Périplecomene, ut nésciam,
Vtrúm me expostuláre tecum aequóm siet,
An, si ístaec non est haéc neque haec uisást mihi,
Med éxpurgare haec tíbi uidetur aéquius.

504. imbricis (inbr. *B*) *BCD* 505. sectarus *R* sectatus (sectat' *C*) *BCD* sectaris *FZ*, *Servius ad ge.* IV 296 517. med *Fleckeisenus* mea *Ba*: *cf.* 26. 552. me φ. *Similia formarum in* d *exeuntium vestigia e codi-*

Sicút etiam nunc néscio quid uíderim:
Ita ístaec huius símilis est nostraé tua,
Siquídem non eademst.

PERIPLECOMENVS

Víse ad me intro: iám scies.

SCELEDRVS

Licétne?

PERIPLECOMENVS

Quin te iúbeo: ei, placide nóscita.

SCELEDRVS

Ita fácere certumst.

PERIPLECOMENVS

Heús, Philocomasiúm, cito
Transcúrre curriculo ád nos: ita negótiumst.
Post, quándo exierit Scéledrus a nobís, cito
Transcúrrito ad uos rúsum curriculó domum.
Nunc pól ego metuo néquid infuscáuerit.
Si hic nón uidebit múlierem — aperitúr foris.

SCELEDRVS

Pro di ínmortales, símiliorem múlierem
Magisque eándem, ut pote quae nón sit eadem, nón reor
Deos fácere posse.

PERIPLECOMENVS

Quíd nunc?

SCELEDRVS

Conmeruí malum.

PERIPLECOMENVS

Quid ígitur? eanest?

SCELEDRVS

Étsi east, non ést ea.

PERIPLECOMENVS

Vidístin istam?

cibus collegit Muellerus Add. pros. 112 *sq., qui tamen perversa usus ratione inde quod etiam ante consonantes et cum numerorum damno posita* (*e. c.* 653 ex mea *BaCD*) *illa reperiuntur, nil omnino eis credendum esse contendit. Immo noti nec infrequentis usus indicia ipsa veterum correctorum prava libidine produntur.* 527. *Interrumpit se ipsum senex, neque quidquam desidero, quia quam reticet ille apodosin facillime quivis supplet.*

SCELEDRVS

Vídi et illam et hóspitem
Compléxum atque osculántem.

PERIPLECOMENVS

Eanest?

SCELEDRVS

Néscio.

PERIPLECOMENVS

Vin scíre plane?

SCELEDRVS

Cúpio.

PERIPLECOMENVS

Abi intro ad uós domum
Contínuo: uide sitne ístaec uostra intús.

SCELEDRVS

Licet:
Pulchre ádmonuisti. iám ego ad te exibó foras.

PERIPLECOMENVS

Numquam édepol hominem quémquam ludificárier
Magís facete uídi et magis mirís modis.
Sed éccum egreditur.

SCELEDRVS

Périplecomene, te óbsecro
Per deós atque homines pérque stultitiám meam
Perqué tua genua . .

PERIPLECOMENVS

Quíd obsecras me?

SCELEDRVS

Inscítiae
Meae ét stultitiae ignóscas. nunc demúm scio
Me fuísse excordem caécum incogitábilem:
Nam Phílocomasium eccam íntus.

PERIPLECOMENVS

Quid nunc, fúrcifer?
Vidístin ambas?

541 *sq.* QVIDOPSECRAS ME ‡ INSCITIAE ‖ MEAEETSTVLTITIAE *A* φ, *nisi quod* obſecraſ φ, SC. (*sive spatium in C*) *post* me *BC et suprascr. D*, *post* obsecras *FZ*; *tum* mee *post* stultitiae *repetit B*

SCELEDRVS

Vídi.

PERIPLECOMENVS

Erum exhibeás uolo.

SCELEDRVS

Meruísse equidem me máxumum fateór malum
Et tuaé fecisse me hóspitae aio iniúriam.
Sed méam esse erilem cóncubinam cénsui,
Quoi mé custodem erus áddidit milés meus.
Nam ex úno puteo símilior numquám potis
Aqua aéque sumi, quam haéc est atque ista hóspita.
Et mé despexe ad té per inpluuiúm tuom
Fateór.

PERIPLECOMENVS

Quid ni fateáre id, ego quod uíderim?

SCELEDRVS

Et ibi ósculantem uídi cum istac hóspitem.

PERIPLECOMENVS

Vidísti?

SCELEDRVS

Vidi: cúr negem quod uíderim?
Sed Phílocomasium mé uidisse cénsui.

PERIPLECOMENVS

Ratun és, dic, me hominem esse ómnium minumí preti,
Si ego mé sciente páterer uicinó meo
Eam fíeri apud me tam ínsignite iniúriam?

SCELEDRVS

Nunc démum a me insipiénter factum esse árbitror,

546. EQVIDEMME *A* te quideme *CDa* te quidem et (*erasa* et) *B*

551. AQVA^A AÈQ·^VAE (*h. e.* AQVAAEQ· *corr. in* AQVAAAQVAE) *A* atquam aeque *Ba* At quā aque (aquae *C*) *CDa* Aqua aque φ   552. me] MEO (*i. e.* med) *A*   553. QVIDNVNC *A*   fateare id *Muellerus pros.* 33 FATEAREET *A* fatear et *BCDa* fateare *Db*   554. uidi . . . hospitem *dubitanter proposui.* ME··MTVV·V·CVMISTAHOSPITA (? ? ?) *A*, *in quo solo et hic et sequens versus servati sunt. Sed dubia permulta scrutanti Loewio restiterunt; capere spatia visa sunt has fere litteras: post* ME *duas* V, *ante* V *tertiam* M, *post eandem* I *vel* E *vel* T *vel* S, *in fine nec post* A *nec supra eam apparuit* M *aut vice eius lineola.* me aput te hanc vidisse hospitam *Ritschelius.*   557. ratun *R*, *item Bentleius.* RATVSNE *A* φ   es, dic, me *R* ISTICME *A* me iſtic φ

Quom rém cognosco. at nón malitiosé tamen
Feci.

PERIPLECOMENVS

Ímmo indigne: nám hominem seruóm suos
Domitós habere opórtet oculos ét manus
Órationemque.

SCELEDRVS

Égone si post húnc diem
Muttíuero, etiam quód egomet certó sciam,
Dato éxcruciandum me: égomet me dedám tibi.
Nunc hóc mi ignosce quaéso.

PERIPLECOMENVS

Vincam animúm meum,
Ne málitiose fáctum id esse abs te árbitrer.
Ignóscam tibi istuc.

SCELEDRVS

Át tibi di faciánt bene.

PERIPLECOMENVS

Ne tu hércle, si te dí ament, linguam cónprimes
Posthác: etiam illud, quód scies, ne scíueris
Nec uíderis quod uíderis.

SCELEDRVS

Bene mé mones:
Ita fácere certumst. séd satin oratú's?

PERIPLECOMENVS

Abi.

SCELEDRVS

Numquíd nunc aliud mé uis?

PERIPLECOMENVS

Ne me nóueris.

SCELEDRVS

Dedit híc mihi uerba. quám benigne grátiam
Fecít, ne iratus ésset! scio quam rém gerat:
Vt míles quom extemplo á foro adueniát domum,
Domi cómprehendar. úna hic et Palaéstrio
Me habént uenalem: sénsi et iam dudúm scio.

---

564. EGONE $A\varphi$: *cf.* 309 573. SEDSATINEORATUS $A\varphi$

Numquam hércle ex ista nássa ego hodie escám petam.
Nam iam áliquo aufugiam et me óccultabo aliquót dies,
Dum haec cónsilescunt túrbae atque irae léniunt.
Nam núnc satis pipulo ímprobo meruí mali.

PERIPLECOMENVS

Illic hínc abscessit. sát edepol certó scio
Occísam saepe sápere plus multó suem:
Cuin íd adimatur ne íd quod uidit uíderit.
Nam illíus oculi atque aúres atque opínio
Transfúgere ad nos. úsque adhuc actúmst probe:
Nimiúm festiuam múlier operam praéhibuit.
Redeo ín senatum rúsum. nam Palaéstrio
Domí nunc apud mest, Scéledrus nunc autémst foris:
Frequéns senatus póterit nunc habérier.
Ibo íntro: ne, dum absum, últimus sortí fuam.

Verúm tamen, de me quídquid est, ibo hínc domum. 584

582. hae *CD*, *fort. melius, sed* HAEC *etiam A habet: cf. quae Studemundus in annal. philol. 1876 p. 61 sq. collegit.* 583. nunc φ UNI *A* IMPIO $A\varphi$: *tamen Ritschelii emendationem* improbo *ueram esse arbitror.* 584 *uix potest ab eodem additus esse qui superiora scripsit.* 587. cuin id adimatur *R* QUINIDADIMATUR *A* quod . . adimatur *Ba* qđ inadimatur *D* qđ inadmitat (i sscr.) *C* quod ei adimatur *Bb* 594. ultimus sorti fuam *dubitanter proposui.* multi (multiſ *Bc*) fortito (fortita *D*) fuā (fuā *D*) *BCD* MULTAESORTITAEFIA (*uel* FIM) *in A legere sibi uisus est Ritschelius; ultima Loewius probabilius* FIAT *quam* FIAM *legi, sed incerta post* F *omnia adnotauit.*

ACTVS III

PALAESTRIO. PLEVSICLES. PERIPLECOMENVS

PALAESTRIO

Cóhibete intra límen etiam uós parumper, Pleúsicles.
Sínite me prius próspectare, ne úspiam insidiaé sient
Cónsilium quod habére uolumus. nam ópus est nunc tutó loco,
Vnde inimicus néquis nostri spólia capiat cónsili.
Nám bene consultum ínconsultumst, sí inimicis úsuist.
Quíppe sei rescíuerint inimíci consiliúm tuom,
Tuópte tibi consílio occludunt línguam et constringúnt manus,
Átque eadem, quae illís uoluisti fácere, illi faciúnt tibi.
Séd speculabor, néquis aut hinc aút ab laeua aut déxtera
Nóstro consilió uenator ádsit cum aurítis plagis.
Stérilis hinc prospéctus usque ad últumam est plateám probe:
Éuocabo. heus, Périplecomene et Pleúsicles, progrédimini.

Néque potest quin, si íd inimicis úsuist, obsít mihi.
Nám bene consultúm consilium súrripitur saepíssume,
Sí minus cum cura aút cautela lócus loquendi léctus est.

---

597. UOLIMUS *A* nunc *om. A* 598. NEQUI *A* 599—602 *hoc ordine in A φ secuntur, quem restitui.* 599. SI *A* ſi id *Ba* ſi fit *CD* ſi fit *Bc* 600: *amplificata sententia ab interpolatore videtur.* QUIN SI ID *A*, *Camerarius.* qui niſi *CD* qui·niſi (n *suprascr.*) *B* 601 *sq.*: *variatur his v.* 599 602. aut cautela locus *Ritschelius* AUTCATELLALOCUS *A* aut catalagoſ (ſ *erasa*) *B* aut cata lago (o *suprascr.*) *C* aut cata logo *D* LECTUSEST *A*, *Lipsius* lectum eſt (ũ *e corr. post ras. Ba*) φ 603. RESCIUERINT *A*, *Camerarius. Foramen post* quippe *duas litteras quales* SI *capere potuit.* ſcire ſiuere *BCD* 605. ILLI *A*, *Guietus, om.* φ 606. AUTABLAEUA *A* autaleua *B* a (e *Da*) leua *CD* DEXTERA *AB* a dextera (dextra *C*) *CD* 608. ADULTIMAMESTPLATEAM *A* ad ultimam (. . tuultu . . *cum ras. Ba*, . . . ultumā *Bc*) plateamst (platea ſt, *sed* p *corr. e* ſt *Bc*) *BCD*

PERIPLECOMENVS

Écce nos tibi oboédientis.

PALAESTRIO

Fácilest imperium ín bonos.
Séd uolo scire, eodém consilio, quód intus meditatí sumus,
Núm geremus rem.

PERIPLECOMENVS

Ímmo magis esse ád rem utibile nón potest.

PALAESTRIO

Quíd tibi, Pleusiclés?

PLEVSICLES

Quod uobis pláceat, displiceát mihi?
Quís homo *mihi* sit mágis meus quam tu's?

PERIPLECOMENVS

Lóquere lepide et cómmode.

PALAESTRIO

Pól ita decet hunc fácere.

PLEVSICLES

At hoc me fácinus miserum mácerat
Meúmque cor corpúsque cruciat.

PERIPLECOMENVS

Quíd id est quod cruciát? cedo.

PLEVSICLES

Mé tibi istuc aetátis homini fácinora puerília
Óbicere ac neque té decora néque tuis uirtútibus
Á te expetere: ex ópibus summis meí *te* honoris grátia
Míhique amanti ire ópitulatum atque éa te facere fácinora,
Quae ístaec aetas fúgere facta mágis quam sectarí solet.
Eám pudet me tíbi in senecta obícere sollicitúdinem.

Inde a v. 611 *turbae incipiunt variis variarum recensionum interpolamentis ortae, e quibus genuinus textus integritati restitui iam non potest. nam e. c.* 611—613 *quamvis adversentur versibus* 597 *sq., tam arte tamen cum sequentibus coaluerunt, ut simpliciter removeri nequeant.* 612. num geremus *Beckerus Stud.* I 142 Gerimuſ *BCD* Si gerimuſ *FZ* 613. Immo quid tibi pleuſicleſ? *Palaestrioni adscripta* ω. *In margine adpositum* immo, *quod e superiore versu exciderat, in sequentis initium irrepsit.* quod *R* quodue (nec *C*) ω 614. mihi *om.* ω: *debilitatem numerorum sentiens Ritschelius* quis homo sit magis meus quam tute's *scripsit.* 618. ac neque *R* atque *Ba* neque φ et neque *Ritschelius.*

PALAESTRIO

Nóuo modo tu homo amás. siquidem te quícquam quod faxís pudet,
Níhil amas, umbrá's amantum mágis quam amator, Pleúsicles.

PLEVSICLES

Háncine aetatem éxercere meí me amoris grátia!

PERIPLECOMENVS

Quíd ais tu? tam tíbi ego uideor óppido Acherúnticus?
Tám capularis? támine tibi diu uídeor uitam uíuere?
Nam équidem haud sum annos nátus praeter quínquaginta et quáttuor:
Cláre oculis uideó, sum pernix, mánibus pedibus móbilis.

PALAESTRIO

Si álbicapillus híc uidetur, ne útiquam ab ingenió senet:
Ínest in hoc emússitata súa sibi ingenua índoles.

PLEVSICLES

Pól id quidem experiór ita esse, ut praédicas, Palaéstrio:
Nám benignitás quidem huius óppido adulescéntulist.

PERIPLECOMENVS

Ímmo, hospes, magis quóm periclum fácies, magis noscés meam
Cómitatem ergá te amantem.

PLEVSICLES

Quíd opust nota nóscere?

PERIPLECOMENVS

* * * * * * * * * * *

Vt apud ted exémplum experiundo hábeas, ne quaerás foris.
Nám nisi qui ipse amáuit, aegre amántis ingenium ínspicit.

623 *sq. Palaestrioni dat B, Periplecomeno φ* 624. amantis *Niemeyer.* 627. tamine *CDFZ* tamme *B*: tamine *formam, quam olim in scholis enarravi, postea Kochius mus. Rhen.* XXV 618 *commendavit.* 629. pernix pedibus, manibus mobilis *Sophus Bugge Philol.* XXX 642 630. ab ingenio senet *Kochius* ab ingenio est senex *Scioppius* ab ingenio senes *Nonii p.* 456, 34 *exemplaria* ibi (*om. Ba*) ingenio ſenex *BCD* ibi (ubi *Z*) ingenium ſeniſ *FZ* 631. emussitata (*cf. Paulus Festi p.* 76 *s. v.*) *Nonius p.* 9 (emeussiaetas *eiusdem ex., nisi quod* ememus si aetas *Bamb. p.* 457, 1): *cf. Loewius Prodrom.* 284 emuſitata ω 636—670. *hoc ordine, qui in libris traditur, servavi, sed ut Plauti esse credam tantum v.* 637—640. 643—650. 656. *Ante v.* 637 *auctore Ritschelio talia fere excidisse putanda sunt:*

ípsum amasse opórtet, si amanti íre opitulatúm uoles.

637. ted *Bothius* te *suprascr. Bc, om. φ* experiundo *R* experiundi ω ne quaeras *Luchs* negaſ *cum ras. Ba* negiſ *CDa*

Ét ego amoris áliquantum habeo umórisque etiam in córpore
Néquedum exarui éx amoenis rébus et uoluptáriis.
Íncommoditate ábstinere me ápud conuiuas cómmodo 643
Cómmemini, et meae orátionis iústam partem pérsequi
Ét meam partem itidém tacere, quom álienast orátio.
Mínume sputatór screator sum, ítidem minume múccidus:
Póst, Ephesi sum nátus, noenum in Ápulis, noenum Áminulae.

PALAESTRIO

Lépidum seneciónem, si quas mémorat uirtutís habet,
Átque equidem plane éducatum in nútricatu Vénerio!

PERIPLECOMENVS

Plús dabo quam praédicabo ex mé uenustatís tibi.

PLEVSICLES

Tuí quidem edepol ómnes mores ád uenustatém uigent. 656
Át tibi tanto súmptui esse míhi molestumst.

Vél cauillatór facetus uél conuiua cómmodus 641
Ítem ero: neque ego sum óblocutor álteri in conuíuio. 642

Néque ego cumquam aliénum scortum súbigito in conuíuio, 651
Néque praeripio púlpamentum néque praeuorto póculum,
Néque per uinum umquam éx me exoritur díscidium in conuíuio:
Síquis ibist odiósus, abeo dómum, sermonem ségrego.
Vénerem, amorem amoénitatemque áccubans exérceo.

PALAESTRIO

Cédo tris mi homines aúrichalco cóntra cum istis móribus. 657
At quidem illuc aetátis qui sit, nón inuenies álterum
Lépidiorem ad omnís res nec qui amícus sit amicó magis.

PERIPLECOMENVS

Túte me ut fateáre faciam esse ádulescentem móribus:

639. Et ω, *quod restitui.* 641 *sq. ex altera recensione huc inlati videntur.* 647. *in margine inter v.* 646 *et* 648 *additus in B, post* 646 *in φ* noenum *bis et ipse olim et Buechelerus*: non (ñ *C*) enim ω *priore* non ſum ω *altero loco, etiam Philargyrius in georg.* II 134 648 *sq. Palaestrioni cum libris reddidi.* senecionem *R* ſemiſemne *CD* ſemine *B* 649. equidem ω 650 *huc ex libris revocari.* praedicabo: *scilicet re magis quam verbis morum venustatem ostendam.* 651—655 *novo panno interpolator morum descriptionem auxit; ac fortasse vel huius duplex auctor fuit, alter ut v.* 651 *sq., alter* 653—655 *adpinxerit.* 656. tui *Camerarius* tu ω uigent *R* uicet *C* uecet *Da* uegit *Db* uacet *B* tu . . . ueges *Brixius.* 657—670 *ad alteram vel tertiam adeo recensionem pertinere videntur.* 659. qui amicus sit amico *R* qd (q *Bb*) amicuſ amicoſ (amico *Bb*) ſit ω

PERIPLECOMENVS

Mórus es. 671

Nam ín mala uxore átque inimico síquid sumas, súmptus est:
Ín bono hospite átque amico quaéstus est quod súmitur.
Deúm uirtute est te únde hospitio accípiam apud me cómiter: 675
És bibe, animo obséquere mecum atque ónera te hilaritúdine.
Líberae sunt aédes, liberum égomet me uolo uíuere.
Nám mihi deum uirtúte dicam própter diuitiás meas
Lícuit uxorém dotatam génere summo dúcere:
Séd nolo mi oblátratricem in aédis intro míttere. 680

PLEVSICLES

Quór non uis? nam prócreare líberos lepidúmst opus.

PERIPLECOMENVS

Hércle uero líberum esse méd id multo lépidiust. 682

Íta ego ad omnis cómparebo tíbi res benefactís frequens. 661
Ópusne erit tibi áduocato trísti, iracundo? écce me.
Ópusne leni? léniorem díces quam mutúmst mare,
Líquidiusculúsque ero quam uéntus est fauónius.
Vél hilarissumúm conuiuam hinc índidem expromám tibi 665
Vél primariúm parasitum atque óbsonatorem óptumum.
Tum ád saltandum nón cinaedus málacus aequest átque ego.

PALAESTRIO

Quíd ad ollas artís optassis, si óptio eueniát tibi?

PLEVSICLES

Huíc pro meritis út referrei páriter possit grátia
Tíbique, quibus nunc mé esse experior súmmae sollicitúdini. 670

Ét quod in diuínis rebus súmptumst sapientí lucrost. 674

PALAESTRIO

Tú homo et alterí sapienter pótis es consulere ét tibi. 683

---

668. ad ollas *R* attollaſ *Ba* attillaſ *CDa* ad illaſ φ 669. referrei] referet *BaCDa* referri φ 670. experio *BaCDa* 674. *quem olim obelo notavi nunc video Brixium quoque uncis inclusisse.* 675. accipiem *BCD: cf. Bergkius ind. Hal.* 1858/9 *p.* V. *Sed Catoniana illa* dicem faciem recipie ostende attinge *futura fuisse intellexit R. Schoellius* XII *tab. rel. p.* 87, *atque futurum est etiam ipsum illud* accipiem *quod in Pseudulo v.* 946 *B praebet.* 677. liberum *Ritschelius* liber ſum ω egomet me *R* autem ego metuo *Ba* autem egomet *Bc* autem (autē *C*) ego me tu *CD* autem ego me uti *FZ*. *Duplex scriptura videtur fuisse:* autem ego me *et* egomet me uiuere *Hauptius* bibere *Bc in marg.* libere φ 682. med id *R* ME (*sive* I) ID *A* id *Bc* it *C* ut *Ba* at *Da* LEPIDIUSEST *A* eſt lepidiuſ φ 683 *hic in libris praeter A se-*

Nám bona uxor lúdus durust, sí sit usquam géntium, 684
Vbi ea possit ínueniri. uérum egone eam ducám domum,
Quaé mihi numquam hoc dícat: 'eme, mi uír, lanam, unde pállium
Málacum et calidum cónficiatur túnicaeque hibernaé bonae,
Ne álgeas hac híeme'? hoc numquam uérbum ex uxore aúdias;
Vérum prius quam gálli cantent, quaé me e somno súscitet,
Dícat: 'da mihi, uír, kalendis meám qui matrem moénerem;
Dá qui faciam cóndimenta; dá quod dem quinquátribus 691
Praécantrici, cóniectrici, áriolae atque arúspicae;
Túm plicatricém clementer nón potest quin múnerem;
Iám pridem, quia níhil abstulerit, súscenset torária;
Tum ópstetrix expóstulauit mécum, parum missúm sibi; 695
Quíd? nutrici nón missuru's quícquam, quae uernás alit?
Flágitiumst si níl mittetur, quaé supercilió spicit.'
Haéc atque horum símilia alia dámna multa múlierum
Méd uxore próhibent, mihi quae huius símilis sermonés serant.

PALAESTRIO

Dí tibi propitií sunt: nam hercle si ístam semel amíseris 700
Líbertatem, haud fácile eundem rúsum restitués locum.

PLEVSICLES

Át illa laus est, mágno in genere et ín diuitiis máxumis
Líberos hominem éducare, géneri monimentum ét sibi.

PERIPLECOMENVS

Quándo habeo multós cognatos, quíd opus mihi sit líberis?

---

quitur Palaestrionis nota in BC praefixa: Pleusiclis verbis at illa laus est (702) *praemisit Ritschelius.* 684. LUDUSDURUSTSISITUSQUAM *A* ſua deductuſt ſituſ quam *CD* ſua deducta ē quā *Ba* ſi deducta ſit uſquā *Bc* 685. EA POSSIT INUENIRI *ADcZ* ea poſſi inueniri *CDa* eam poſſim inueniri (inuenire *c*) *B* 686. MI *A*φ UNDE *A*, *Bothius* unde tibi φ 688. ex *om. B* DE *A* 689. E *A*, *Fleckeisenus, om.* φ 690. MUNEREM *A*, *Ritschelius* uenerit *BCF*, *unde* moenerem *Loewius.* ueuerit *D* ueneriunt *Z* 692. PRAECANTRICI *A*, *Scaliger* pre//catrici *B* precatatrici *CD* precantatrici *F* 694. toraria *Salmasius* ceraria *BCD* CERIARIA *A* 697. *huc transposuit Bothius, post* 692 *A*φ QUAE *A*, *Festus p.* 330 q' (*i. e.* que) *CD*, *om. B* quo *FZ* 699. med *Ritschelius nov. exc. Plaut.* 43 ME *A*φ SERANT *A*φ, *nisi quod* ferrant *C* 700. PROPITINAMHERCLESIISTAMSEMEL *A* propitii ſunt hercle nam ſi iſta (iſtam *FZ*) ſemel φ 701. RESTITUIS *A* 703. MONIMENTUM *AFZ* monumentum φ 704. OPUS MIHI (*ceteris*

Núnc bene uiuo et fórtunate atque út uolo atque animo út lubet.
Bóna mea in mortí cognatis dícam, inter eos pártiam,
Sí apud me aderunt, mé curabunt, uísent quid agam, ecquíd uelim.
Príus quam lucet ádsunt, rogitant nóctu ut somnum céperim.
Sácruficant: dant índe partem míhi maiorem quám sibi,
Ábducunt ad éxta, me ad se ad prándium, ad cenám uocant;
Ílle miserrumúm se retur, mínumum qui misít mihi.
Ílli inter se cértant donis, égomet mecum mússito:
'Bóna mea inhiant; mé certatim nútricant et múnerant.'

Palaestrio

Nímis bona ratióne nimiumque ád te et tuam uitám uales,
Ét tibi sunt gemini ét trigemini, sí te bene habes, fílii.

Periplecomenvs

Pól si habuissem, sátis cepissem míseriarum e líberis.
* * * * * * * * * * * *
Cóntinuo excruciárer animi: sí forte ei fuissét febris,
Cénserem emorí: cecidissetue ébrius aut de equo úspiam,
Métuerem ne ibi díffregisset crúra aut ceruicés sibi.

Eós pro liberís habebo, quí mihi mittunt múnera. 709

---

omissis) *A* opuſ fit (ſit *FZ*) mihi φ 706. bona mea in morti *Bothius* MEA BONA MEA MORTE *A*φ (*nisi quod* Meam *priore loco Ba*) DICAM *A*φ 707. si *R* HI *ABb* Li φ *Cetera ut in A, nisi quod hic* QUID *pro nostro* ecquid *praebet.* aput (apud *B*) me (te *B*) ederunt (edert̄ *B*) me curabunt uiſant (uiſam *B*) quid agam (agant *B*) hic quid (*quod* ecquid *recte interpretati sunt FZ*) uelint (uelit *CD* uelī *Dc*) φ 709. *interpolamentum agnovit Ritschelius: adscriptum ad amplificandum v.* 707 *falso postea loco in textum inlatum est.* 711. ADEXTAME (*non praemisso* ME) *A*, *Camerarius* at (ad *c*) ex tra me *Ba* at exta me *CD* 714. ME *A*, *Bugge, om.* φ 715. ADTEETTUAMUITAM *A* at (a *Ba* ad *Bb*) te et tua multam (multa *B*) φ uales *R* U?·ABES *A*, *post* U? *ut spatium* I *vel* E *vel* T *litterae vacet*, B *incerta etiam* D *legi possit.* uideſ φ: *an* uiges *ut* 656? 716. *Palaestrionis notam huic demum versui, non antecedenti praemittunt BCD, ut videatur dubitari posse, num forte v.* 715 *Pleusicli tribuendus sit.* *Post v.* 717 *excidisse versiculum unum vidit Ritschelius, quem hoc exemplo supplevit:*

sí mihi filiús reuorti fórte cessassét domum.

Eadem lacuna hausit in φ *praeter A etiam v.* 718 718. si forte ei *R* SI EI (*ut vid.*) FORTE *A* 719. ue *Ritschelius* NE *A*φ AUTDEEQUO USPIAM *ADbZ* aut de equo (de quo *CDa*) ſuſpiam (ſuſcipiā *B* quiſpiam *F*) φ 720. diffregisset *R* DE(*sive* I)FREGISSET *A* defrigiſſet *CD* defregiſſet *B*

Palaestrio

Ó lepidum caput! íta me di deaéque ament, aequóm fuit
Deós parauisse, úno exemplo ne ómnes uitam uíuerent.
Sícut merci prétium statuit quíst probus agoránomus,
Quaé probast *et prétio digna*, pró uirtute ut uéneat,
Quae ínprobast, pro mércis uitio dóminum pretio paúperet:
Ítidem diuos díspertisse uítam humanam aequóm fuit:
Quí lepide ingeniátus esset, uítam ei longinquám darent,
Qui ínprobi essent ét scelesti, is ádimerent animám cito.
Si hóc parauissént, et homines éssent minus multí mali
Ét minus audactér scelesta fácerent facta; et póstea,
Quí homines probi éssent, esset ís annona uílior.

Periplecomenvs

Quí deorum consília culpet, stúltus inscitúsque sit.
Núnc uolo obsonáre ut, hospes, tuá te ex uirtute ét mea
Meaé domi accipiám benigne, lépide et lepidis uíctibus.

Plevsicles

Níl me paenitét iam quantum súmptuum fuerít tibi.
Nam hóspes nullus tám in amici hospítium deuortí potest,
Quín, ubi triduóm continuom fúerit, iam odiosús siet;
Vérum ubi dies decém continuos sít, east odiorum Ílias:
Tam étsi dominus nón inuitus pátitur, serui múrmurant.

Huíc homini dignúmst diuitias ésse et diu uitám darei, 721
Qui ét rem seruat ét se bene habet suísque amicis úsuist.

Quíque eos uituperét. nunc istis rébus desistí decet. 735

---

721 *sq. carent Palaestrionis nota in BCD, responsi post v.* 714 *dittographia videtur esse.* 721. darei] DARI *A*, *Camerarius* dare φ 722. USUIEST *A*, *Ritschelius* uult (uule *D*) φ 723 *sqq. Palaestrioni tribui, Pleusicli adscribuntur in BCD, omissa personae nota in FZ.* 726. *turbatis vario modo inter se hemistichiis post* probast *excidisse quaedam vidit Ritschelius, quae supplevimus.* 735 *apertum glossema, quod primus expulit Ritschelius.* quique eos uituperet *etiam in A* (*ubi* UITIPERET) *extat, ubi numeris eodem modo ut voluit Guietus curatum est: nam simplex* NUNC *ibi legit Loewius, non* nunc iam (*s.* nuntiam), *ut ceteri habent libri. Illius in locum Ritschelius tale quid proposuit:* sed dies it. *Sed vereor ne totus versiculus interpolatus sit, si quidem in v.* 736 *initio* Nunc *omnes libri praebent, non* nam, *ut mutavit Bothius.* 738. QUANTUM SUMPTUM FUERIMIHIBI *A* quanto ſumptum (ſumtū *Ba*) fuerim tibi φ

PERIPLECOMENVS

Séruiendae séruituti ego séruos instruxí mihi,
Hóspes, non qui mi ímperarent quíbusne ego essem obnóxius.
Si íllis aegrest míhi id quod uolup est, meó remigio rém gerunt:
Támen id quod odióst faciundumst cúm malo atque ingrátiis.
Núnc quod occepi ópsonatum pérgam.

PLEVSICLES

Si certúmst tibi,
Cómmodulum obsoná, ne magno súmptu: mihi quiduís sat est.

PERIPLECOMENVS

Quín tu istanc orátionem hinc uéterem atque antiquam ámoues?
Próletarió sermone núnc quidem, hospes, útere.
Nam í solent, quando áccubuere, ubi céna adpositast, dícere:
'Quíd opus fuit ístoc sumptu tánto nostra grátia?
Ínsaniuisti hércle: nam idem hoc hóminibus sat erát decem.'

PALAESTRIO

Fít pol illuc ad íllud exemplum: ut dócte et perspecté sapit.

PERIPLECOMENVS

Séd eidem homines númquam dicunt, quámquam adpositumst ámpliter:
'Iúbe illud demi, tólle hanc patinam, rémoue pernam, níl moror;
Aúfer illam offám porcinam; próbus hic conger frígidust;
Rémoue, abi aufer': néminem eorum haec ádseuerare aúdias,
Séd procellunt sése in mensam dímidiati, dum áppetunt.
Quód eorum causa ópsonatumst, cúlpant et comedúnt tamen. 754

PALAESTRIO

Bónus bene ut malós descripsit móres.

---

743. SERUIENDAE SERUITUTI *A* Seruienti (Seruientiſ *D Z*) ſeruitute (ſeruitutem *Z*) φ introuxi *C* introduxi *B D F Z*: *ergo* instrouxi *scriptum fuerat.* 745. id] EO *sive* ID *A* incit *C* inicit *B* mett *D*, *om. F Z*: *repetitum* mi *post* mihi *fuit.* MEO REMIGIO RĒ GERUNT *A* me horem (me^h^orem *D*) remigio rem gero φ, *ut certe duplex scriptura* meo remigio rem *et* meo rem remigio *fuisse videatur, et praeplacet fere altera haec.* 746. ODIOSE (*vel* T) *A* (odio est *Gruterus*) odioſe (odioſae *C*) φ 750. Nam *quod in ω praemittitur, librarii oculos ad sequentem versum deerrasse manifestum est: ergo nil praeterea mutandum.* 754 *cum Bothio post v.* 760 *transposui, quocum ipsa structura cohaeret.*

PERIPLECOMENVS

Haud centénsumam 761
Pártem dixi atque, ótium mihi sí sit, possum exprómere.

PALAESTRIO

Ígitur id quod ágitur huic *rei* prímum praeuortí decet.
Núnc hoc animum aduórtite ambo. míhi opus est operá tua,
Périplecomene: nám ego inueni lépidam sucophántiam,
Qui ádmutiletur míles usque caésariatus, átque uti
Huíc amanti ad Phílocomasium hanc éfficiamus cópiam,
Vt eam hinc abducát habeatque.

PERIPLECOMENVS

Dári istanc rationém uolo.

PALAESTRIO

Át ego mi anulúm dari istunc tuóm uolo.

PERIPLECOMENVS

Quam ad rem úsuist?

PALAESTRIO

Quándo habebo, igitúr rationem meárum fabricarúm dabo.

PERIPLECOMENVS

Vtere, accipe.

PALAESTRIO

Áccipe a me rúsum rationém doli,
Quam ínstiti.

PERIPLECOMENVS

Perpúrigatis dámus tibi ambo operam aúribus.

PALAESTRIO

Érus meus ita mágnus moechus múlierumst, ut néminem
Fúisse aeque néque futurum crédam.

PERIPLECOMENVS

Credo ego istúc item.

PALAESTRIO

Átque Alexandrí praestare praédicat formaé suam:
Ítaque omnis se ultró sectari in Épheso memorat múlieres.

---

763 *sqq. aptius quam hic ad v.* 610 *adiunguntur ceteris quae intercedunt omissis.* 767. ad philocomaſium *F Z* ac philocomaſium (ũ *B*) *B C D* 768. eam hinc *R* hic eam ω hinc eam *Pius: cf.* 472 774. fuisse aeque '*prisca exemplaria*' *Pii.* fuiſſe acque *Dc* fuiſſe atque *F Z* fuiſſet atque *B C D a*

PERIPLECOMENVS

Édepol qui te dé isto multi cúpiunt nunc mentírier:
Séd ego ita esse ut dícis teneo púlcre. proin, Palaéstrio,
Quám potis tam uérba confer máxume ad conpéndium.

PALAESTRIO

Écquam tu potís reperire fórma lepida múlierem,
Quoí facetiárum *cor* corpúsque sit plenum ét doli?

PERIPLECOMENVS

Íngenuamne an líbertinam?

PALAESTRIO

Aequi ístuc facio, dúm modo
Eám des quae sit quaéstuosa, quaé alat corpus córpore
Quoíque sapiat péctus: nam cor nón potest, quod núlla habet.

PERIPLECOMENVS

Laútam uis an nóndum quae sit laúta?

PALAESTRIO

Sic consúcidam,
Quám lepidissumám potis quamque ádulescentem máxume.

PERIPLECOMENVS

Hábeo eccillam meám clientam, méretricem adulescéntulam.
Séd quid ea usus ést?

PALAESTRIO

Vt ad ted eám iam deduceás domum
Ítaque eam huc ornátam adducas: éx matronarúm modo
Cápite compto crínis uittasque hábeat adsimulétque se
Túam esse uxorem; ita praécipiundumst.

PLEVSICLES

Érro quam insistás uiam.

PALAESTRIO

Át scietis póst: eae ecqua ancíllast?

---

782. facio, dummodo *Camerarius* faciom dummodo *CD* (*cf. ad v.* 236) faciundū modo *B* 785. quae (que *BD*) nondum ſit lauta (lautā *BCD*) ω nondum lauta quae sit *Bothius.* ſic conſucidam (conſuodam *C*) ω: *cf. Fronto p.* 144 *N.* siccam sucidam *Pius.* 789. EX MATRONARUM MODO *A* matronarum modo φ ut m. m. *Ritschelius.* 791. *Pleusicli tribui quae Periplecomeno plerumque adsignantur, et habet* PL *C.*
792. ATSCIETIS POSTEAECQUA *A* At ſcietiſ ſet (ſcietiſ ſed *DFZ* ſtetiſſet *B*) haecque (hecque *D* ecque *F* ecquae *Z*) φ

PERIPLECOMENVS

Est primé cata.

PALAESTRIO

Eá quoque opus est. íta praecipito múlieri atque ancíllulae,
Vt simulet se túam esse uxorem et déperire hunc mílitem,
Quásique hunc anulúm suae faueae déderit, ea porró mihi,
Míliti ut darém; quasique ego *ei* reí sim interpres.

PERIPLECOMENVS

Aúdio:
Né me surdum uérberans fac aúris.

PALAESTRIO

Ego rectís meis
Eí dabo: *a* tuá mi uxore dícam delatum ét datum,
Vt sese ad eum cónciliarem. ille eíus domi cupiét miser,
Quí nisi adulterió studiosus reí nulli aliaest ínprobus.

PERIPLECOMENVS

Nón potuit reperíre, si ipsi Sóli quaerundás dares,
Lépidiores duás ad hanc rem quam égo *habeo*: habe animúm bonum.

PALAESTRIO

Érgo adcura, séd propere opus est. núnc tu ausculta, Pleúsicles.

PLEVSICLES

Tíbi sum oboediéns.

PALAESTRIO

Hoc facito: míles domum ubi aduénerit,
Mémineris ne Phílocomasium nómines.

PLEVSICLES

Quem nóminem?

797–800 *Palaestrioni in libris tribuuntur,* ne . . . auris *Periplecomeno cum B reddidit Ritschelius.* 797. ne me surdum uerberans fac auris *R* NE(*sive* D)ME(*sive* I)SURD — (*incerta praeter* N *omnia*) *A* Ne meſurdum uerberauit (uerberaruit *D* uerberat uit *C*) ſi audiſ (d *corr. fort. ex* u *C*) φ rectiſ meiſ *C* recte meiſ φ *Inter* 797 *et* 798 *hoc initium versus in A legit Loewius:* AURI(*sive* E)SUE(*sive* T) 798. ei dabo] . . DABO *A* Dabo φ 799. UTSESEAD — *A* Vt ſedeat mecum *B*, *quae* sed ad eum *interpreteris.* Vt ſeſe at (aut *C* ad *FZ*) eum φ ille eius domi *Ritschelius* ille eiuſ modi eſt ω 802. habeo *om.* ω (*in A haec versus pars legi nequit*): *addi iussit etiam Muellerus Add.* 145: *cf. v.* 236.
803 *sqq. Mandata, quibus Pleusiclem Palaestrio in hac ultima scaenae parte instruit, ab oeconomia fabulae abhorrere olim monui.* 804. — MUM ADUENERIT *A* 805. QUEM *A* quē *B* quam φ

Palaestrio
Glýceram.
Plevsicles
Nempe eandém quae dudum cónstitutast.
Palaestrio
Páx, abi.
Plevsicles
Méminero: sed quíd meminisse id réfert, rogo ego té tamen.
Palaestrio
Égo enim dicam túm, quando usus póscet. intereá tace:
Át tum quom rem hic áget actutum pártis defendás tuas.
Plevsicles
Éo ego intro igitur.
Palaestrio
Eí, praecepta sóbrie adcurés face.

PALAESTRIO. LVRCIO

Palaestrio
Quantás res turbo, quántas moueo máchinas!
Erípiam ego hodie cóncubinam míliti,
Si cénturiati béne sunt manuplarés mei.
Sed illúm uocabo. heus Scéledre, nisi negótiumst,
Progrédere ante aedis: té uoco Palaéstrio.
Lvrcio
Non óperaest Sceledro.
Palaestrio
Quíd iam?
Lvrcio
Sorbet dórmiens.
Palaestrio
Quid, sórbet?
Lvrcio
Illud, stértit uolui dícere.

Sed quía consimilest, quóm stertas, quasi sórbeas

---

809. at *R* Vt ω tum quom *Ritschelius* nunc *B* cum φ rem *R* etiam ω 815. uoco *CD* uoca *B* uocat *FZ* 818 *olim obelo notavi, quamquam legitur saltem initium eius* SED — *etiam in A. Supplevit*

Palaestrio
Eho an dórmit Sceledrus íntus?
Lvrcio
Non nasó quidem:
Nam eo mágnum clamat.
Palaestrio
Tétigit calicem clánculum?
Deprómpsit nardini ámphoram cellárius?
Eho tú, sceleste, qui ílli suppromú's!
Lvrcio
Eho!
Quid uís?
Palaestrio
Quid lubitumst ílli condormíscere?
Lvrcio
Oculís, opinor.
Palaestrio
Nón te istuc rogitó, scelus.
Procéde huc: iam periísti, nisi uerúm scio.
Prompsísti tu illi uínum?
Lvrcio
Non prompsí.
Palaestrio
Negas?
Lvrcio
Nego hércle uero: nam ílle me uotuit dícere.
Neque équidem heminas ócto exprompsi in úrceum,
Neque ílle calidum hinc éxbibit in prándium.
Palaestrio
Neque tú bibisti?
Lvrcio
Dí me perdant sí bibi,
Si bíbere potui.
Palaestrio
Quíd iam?

---

apodosin Ritschelius, sed eam fortasse Palaestrionis sermone abscindi voluerat auctor. Certe ne in A quidem inter v. 818 *et* 819 *quidquam extat.* 819 *etiam in A incipit* EH— 820 *sq. interrogandi signa posui.* 822. eho *in extremo versu Lurcioni ascripsi, qui Palaestrionem imitando deludit.* 823. QUID *instrumentalis ante* lubitumst *A*φ
829. hinc *R* hic ω

LVRCIO

Quia enim obsórbui:
Nam nímis caleuit, ámburebat gútturem.

PALAESTRIO

Bonó supprómo et prómo cellam créditam. 834

LVRCIO

Alii ébrii sunt, álii poscam pótitant: 833
Tu hercle ítidem faceres, sí tibi esset crédita. 835
Quoniam aémulari nón licet, nunc ínuides.

PALAESTRIO

Eho, an úmquam prompsit ántehac? respondé, scelus.
Atque út tu scire póssies, dicó tibi:
Si fálsa dices, Lúrcio, excruciábere.

LVRCIO

Itan uéro? ut tu ipse mé dixisse délices,
Post é sagina ego éiciar cellária,
Vt tíbi si prompsis, álium suppromúm pares.

PALAESTRIO

Non édepol faciam: age éloquere audactér mihi.

LVRCIO

Numquam édepol uidi prómere: uerum hóc erat:
Mihi ímperabat, égo promebam póstea.

PALAESTRIO

Sic ílli crebro cápite sistebánt cadi?

LVRCIO

Non hércle tam istoc uálide cassabánt cadi.
Sed in célla paulum lóculi erat nimis lúbrici;

---

832. caleuit *CD* caluit *B* calebat *Nonii p.* 207 *exemplaria* CALEB— *A* 834. 833. *ita transposui, ut inter utramque personam distribuerem: et omittitur ad v.* 833 *Palaestrionis in* ω, *Lurcionis nota ad v.* 835 *in BCD* 835. hercle itidem *etiam Muellerus Add.* 133 hercle idem *FZ* hercle (ercle *D*) diem *BCD* HERCLEI(*sive* D)— *A* 838. possies *R* poſſiſ ω dico (dice *Da*) ω edico *Camerarius: sed diversa est v.* 159 *condicio.* ego dico *Pylades.* 842. si prompsis *R* ſi ꝓmtiſ *B* ſi proptiſ *CD* qui prompseris *Pylades secundum FZ* 843. eloquere *Pareus* te (tę *CD*, *om. FZ*) loquere ω *Aut* 846 *aut* 847, *sed illum probabilius om. A* 846. sic *R* hic ω illi *CD* ille *B* 848. LOCULI (*sed hoc dubium*) LUBRICI *in extremo versu etiam A cum* φ. *Verborum ordinem qualis in libris traditur deleto* nimis *post* paulum *sic seruare possis:* sed in célla erat pauxíllum loculi lúbrici. *Minus placet quod*

Ibi erát bilibris aúla sic proptér cados;
Ea saépe deciens cómplebatur *ín* die:
Vbi bácchabatur aúla, cassabánt cadi. 852

PALAESTRIO

Abi abi íntro. Iam uos ín cella uinária
Bacchánal facitis: iam hércle ego erum adducam á foro.

LVRCIO

Perii: éxcruciabit mé erus, domum si uénerit,
Quom haec fácta scibit, quía sibi non díxerim.
Fugiam hércle aliquo atque hoc ín diem extollám malum.
Ne díxeritis óbsecro huic uostrám fidem.

PALAESTRIO

Quo té agis?

LVRCIO

Missus sum áliquo: iam huc reuénero.

PALAESTRIO

Quis mísit?

LVRCIO

Philocomásium.

PALAESTRIO

Abi: actutúm redi.

LVRCIO

Quaesó tamen, tu meám partem, infortúnium
Si díuidetur, me ábsente accipitó tamen.

PALAESTRIO

Modo íntellexi quám rem mulier gésserit:
Quia Scéledrus dormit, húnc subcustodém suom
Foras áblegauit, dum áb se huc transirét. placet.
Sed Périplecomenus quam eí mandaui múlierem

Eam uídi inanem plénam fieri máxume 851

---

proposuit Seyffertus Philol. XXIX 398: sed in cella erat paulum nimio l. l. 851. EA — — MPLENAMFIERIMAXIM· *A lectione valde dubia.* Ea (Eea *C*) plenam atque inanem fieri plena (plenã *CD*)maxuma (axuma *C*) *BCD et v.* 852 *initio* Vidi *pro* ubi *B. Dittographiam v.* 850 *esse arbitror, ut mera glossemata reiecit Ritschelius.* 853. —AMUOSINCELLAUINARIA *etiam A. Accentus meliores sic fiunt:* iam adeo in cella uos uinaria. 859. aliquo *Hauptius* alio ω

Nimis lépida forma dúcit. di hercle hanc rem ádiuuant.
Quam dígne ornata incédit, haut meretrície!
Lepide hóc succedit súb manus negótium.

PERIPLECOMENVS. ACROTELEVTIVM. MILPHIDIPPA. PALAESTRIO

Periplecomenvs

Rem omném tibi, Acroteleútium, tibique úna, Milphidíppa,
Domi démonstraui iam órdine. hanc fabricám fallaciásque
Minus sí tenetis, dénuo uolo pércipiatis pláne;
Satis si íntellegitis, áliud est quod pótius fabulémur.

Acroteleutivm

Stultítia atque insipiéntia *atque* insúlsa *malitia* haéc sit,
Me ire ín opus alienum aút tibi meam óperam pollicitári,
Si in ea ópificina nésciam aut mala ésse aut fraudulénta.

Periplecomenvs

At méliust *te* monérier.

Acroteleutivm

Meretrícem commonéri
Quam sáne magni réferat, me clámst. quin ego uel últro,
Postquam ádbibere aurés meae tuae óram oratiónis,
Tibi díxi miles quem ádmodum potísset deasciári.

Periplecomenvs

At némo solus sátis sapit: nam ego múltos saepe uídi
Regiónem fugere cónsili prius quám repertam habérent.

Acroteleutivm

Si quíd faciundumst múlieri male átque malitióse,
Eae ibi ínmortalis mémoriast meminísse et sempitérna:

---

874. insipientia atque insulsa malitia *R* insipientiā falsa *B* insapientiā (insipientiā *D*) falsta *CD* 876. in ea opificina *admisit Ritschelius.* eam opificinam ω ea in officina *Camerarius* 878. me *R* nihil ω, *merum glossema, ut sentio, verborum* quam s. magni quin ego uel ultro *R* quin ego insustro *B* quin ego infustro *C. Ex D nil invenio adnotatum.* quin egomet ultro *Acidalius* 879. tuae oram *Gulielmus* tuam (& tuam *C*) moram *BCD* 884. eae ibi *R* Ea sibi *BD* Eea sibi *C*

Sin béne quid aut fidéliter faciúndumst, eueníbit
Oblíuiosae extémplo uti fiánt, meminisse néqueant.

Periplecomenvs

Ergo ístuc metuo quóm uenit uobís faciundum utrúmque:
Nam id próderit mihi, míliti male quód facietis ámbae.

Acroteleutivm

Dum né scientes quíd bonum faciámus, ne formída.

Periplecomenvs

Mala múlier mers est.

Acroteleutivm

Né paue, haut peióres conueníbunt.
Vbi fácta erit conlátio nostrárum malitiárum, 937
Haut uéreor ne nos súbdola perfídia peruincámur.

* * * * * * * * * * *

Acroteleutivm

Nam, mí patrone, hoc cógitato: ubi próbus est architéctus, 910
Bene líneatam sí semel carínam conlocáuit,
Facile ésse nauem fácere, ubi *fabri óperi adsunt períti.*
Nunc haéc carina sátis probe fundáta et bene statútast:
Adsúnt fabri architéctoni probo ád eam haut inperíti:
Si nón nos materiárius remorátur, quod opust quí det,
Noui índolem nostri íngeni, cito erít parata náuis.

Periplecomenvs

Ita uós decet. conséquimini.

Palaestrio

Cesso égo illis obuiam íre? 891

---

885. euenibit *R* eadem (eade *C*) ueniunt ω: eadem *ab interprete videtur additum esse.* 887. metuo quom uenit *R* (*cf. Muellerus Add.* 34) metuo (metu *CD*) quo uenit *BCD* mecum conuenit *FZ* 890 *inter Periplecomenum et Acroteleutium distribuunt libri.* ne paue, haut *R* ne pauet *BCD* ne paue *FZ* peiores conuenibunt *R* peioribus conueniunt (conueniuit *C*) ω: *an* his conuenient? *Post hunc v. transposui* 937 *sq. Deinde lacuna interposita* 910—916 *sequi debent: huc enim respicit Periplecomenus v.* 896, *post v. autem* 909, *ubi vulgo leguntur, perperam adiungi prodit* nam *particula.* 912. fabri operi adsunt periti] *sic supplevi hemistichium.* fundata (fundamenta *C*) constitutast ω, *quae ex proximo versu huc irrepserunt.* 914. fabri *Dc* eabri *CDa* muliebria *B*: *legebatur igitur in archetypo capitalibus litteris scripto:* MULTIFABRI architectoni probo *R* architectique ω ad eam haut *R* a te ama ut *D* ate amea ut *C* ate amant *B* a te amant ut *F* ad rem haud *Pylades* ad eam rem haut *Ritschelius.*

PERIPLECOMENVS

Bene ópportuneque óbuiam es, Palaéstrio. em tibi ádsunt
Quas mé iussisti addúcere et quo ornátu.

PALAESTRIO

Eu, noster ésto:
Veníre saluom gaúdeo. lepido hércle ornatu incédit.
Palaéstrio Acroteleútium salútat.

ACROTELEVTIVM

Quis hic amábost,
Qui tám pro nota nóminat me?

PERIPLECOMENVS

Hic nóster architéctust.

ACROTELEVTIVM

Salue, árchitecte.

PALAESTRIO

Sálua sis. sed díc mihi: ecquid híc te
Oneráuit praeceptís?

PERIPLECOMENVS

Probe meditátam utramque dúco.

PALAESTRIO

Audíre cupio quem ádmodum: ne quíd peccetis páueo.

PERIPLECOMENVS

Ad túa praecepta dé meo nil hís nouom adposíui.

ACROTELEVTIVM

Nempe lúdificari mílitem tuom erúm uis?

PALAESTRIO

Exlocúta's.

ACROTELEVTIVM

Lepide ét sapienter, cómmode et facéte res parátast.

PALAESTRIO

Atque huís uxorem tú uolo *ted* ádsimulassis.

ACROTELEVTIVM

Fíet.

PALAESTRIO

Quasi míliti animum adiéceris simulábis.

---

894. lepido hercle ornatu incedit *Camerarius.* lepide hercle ornatuſ incedit ω 903. huiſ *CDa* huiuſ φ: *cf.* 955. 995 tu *BCDa* te φ ted *om.* ω adsimulassis *R* adſimulari ω 904. simulabis *R* ſimulare (*bis C*) ω: simulabi *scriptum fuerat.*

ACROTELEVTIVM

Sic futúrumst.

PALAESTRIO

Quasique éa res per me intérpretem et tuam áncillam ei coerétur.

ACROTELEVTIVM

Bonus uátes poteras ésse: nam quae súnt futura dícis.

PALAESTRIO

Quasique ánulum hunc ancíllula tua abs té detulerit ád me,
Quem dárem ego porro míliti tuis uérbis.

ACROTELEVTIVM

Vera dícis.

PERIPLECOMENVS

Quid istís nunc memoratís opust, quae cómmeminere?

PALAESTRIO

Méliust.
Nempe tú nouisti mílitem, meum erúm?

ACROTELEVTIVM

Rogare mírumst:
Populi ódium quidni nóuerim, magnídicum, cincinnátum,
Moechum únguentatum?

PALAESTRIO

Núm ille te nam nóuit?

ACROTELEVTIVM

Numquam uídit:
Qui nóuerit me quís ego sim?

PALAESTRIO

Nimis lépide fabuláre:
Eo pótis erit rem lépidius pol fíeri.

ACROTELEVTIVM

Potin ut hóminem

---

905. ei coeretur *R* eieceretur *B* ceretur *CD* curetur *FZ*: coeretur *Hauptius Herm.* II 215. 908. quem darem ego porro militi *Ad. Kiesslingius ind. Gryphisw.* 1878 *p.* 10 Quarē (Quem *B*) ego militi darem ω Quem porro ego militi darem *Ritschelius* 909. meliust *Palaestrioni tribui, Acroteleutio libri adsignant: sed antecedentia Palaestrionis sunt in codicibus praeter B, ubi Periplecomeni nota praecedit.* 921. potis erit rem *R* potiuerim *BCD* poterit uerum *FZ*

Mihi dés, quiescas cétera? ni lúdificaro lépide,
Culpam ómnem in med inpónito.

PALAESTRIO

Age ígitur intro abíte:
Insístite hoc negótium sapiénter.

ACROTELEVTIVM

Alia cúra.

PALAESTRIO

Age, Périplecomene, has núnc ïam duc íntro. ego *eo* ad forum, íllum
Conueniam atque illi hunc ánulum dabo átque praedicábo
A tuád uxore míhi datum esse eamque íllum deperíre.
Hanc ád nos, quom extemplo á foro ueniémus, mittitóte,
Quasi clánculum ad *eum* míssa sit.

PERIPLECOMENVS

Faciémus: alia cúra.

PALAESTRIO

Vos módo curate: ego illúm probe iam onerátum ductitábo.

PERIPLECOMENVS

Bene ámbula, bene rém gere. at egone hóc si efficiam pláne,
Vt cóncubinam mílitis meus hóspes habeat hódie
Atque hínc Athenas áuehat: *si* hodie húnc dolum dolámus,
Quid tíbi ego mittam múneris? * * * * * * * * *

ACROTELEVTIVM

* * * * * * * dat nunc áb se mulier óperam.

PERIPLECOMENVS

Lepidíssume et comptíssume confído confutúrum.

---

922. ludificaro lepide *R* ludificata lepide | Ero (Pro *D*) *BCD*, *Nonius p.* 476, *ubi lemma mutilatum est:* 'ludificata ero hominem pro . . .' *Ceterum per totam hanc fabulam* (488. 495. 537. 1161) *activum verbum* ludificare *usurpatur.* 926. atque eum praedicabo *Brixius ad Trin.*[3] *v.* 824 930. oneratum ductitabo *R* oneratur hunc acibo *BC* oneratum hunc aciebo *D* oneratum huc aciebo (acciebo *Z*) *FZ* 931. egone (ego nec *CD* ego *FZ*) hoc fi (si *om. FZ*) ω: *cf.* 309 934 *sq. duo hemistichia excidisse vidit Ritschelius.* 936 *Periplecomeno reddidi cum libris, Palaestrioni adscribebatur ante Ritschelium, qui Acroteleutio dedit.*

PALAESTRIO

Abeámus ergo intro, haéc uti meditémur cogitáte,
Vt ádcurate et cómmode hoc quod agúndumst exsequámur:
Ne quíd, ubi miles uénerit, titubétur.

ACROTELEVTIVM

Tu moráre.

---

937 *sq. post* 890 *posui.* 939 *sqq. quae vulgo Periplecomeni sunt, Palaestrionis personae accommodata esse arbitror: omittitur hic Periplecomeni nota in FZ, addita demum post* meditemur.

ACTVS IV

PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO

PYRGOPOLINICES
Vólup est quod agas si íd procedit lépide atque ex senténtia.
Nam égo hodie ad Seleúcum regem mísi parasitúm meum,
Ýt latrones quós conduxi hinc ád Seleucum dúceret,
Qui éius regnum tútarentur, míhi dum fieret ótium.

PALAESTRIO
Quín tu tuam rem cúra potius quám Seleuci. quaé tibi
Cónditio noua lúculenta fértur per me intérpretem!

PYRGOPOLINICES
Ímmo omnis res pósterioris póno atque operam dó tibi.
Lóquere: auris meás profecto dédo in ditioném tuam.

PALAESTRIO
Círcumspicedum, néquis nostro hic aúceps sermoní siet:
Nam hóc negoti clándestino ut ágerem mandatúmst mihi.

PYRGOPOLINICES
Némo adest.

PALAESTRIO
Hunc árrabonem amóris primum a me áccipe.

PYRGOPOLINICES
Quíd hic? undest?

PALAESTRIO
A lúculentast ác festiua fémina,
Quaé te amat tuamque éxpetessit púlcram pulcritúdinem.
Eís nunc mi anulum ád te ancilla pórro ut deferrém dedit.

PYRGOPOLINICES
Quíd? ea ingenuan án festuca fácta e serua líberast?

953. a luculentast ac *Klotzius ann. philol.* 1859 *p.* 707. a (*om. B*) luculenta atque (ac *F*) ω 955. Eis D Eis C Eius φ: *cf.* huis 903. 995

PALAESTRIO
Vah,
Égone ut ad te ab líbertina esse aúderem internúntius,
Qui íngenuis satis résponsare néqueas, quae cupiúnt tui?

PYRGOPOLINICES
Núptanest an uídua?

PALAESTRIO
Et nupta et uídua.

PYRGOPOLINICES
Quid pactó potis
Núpta et uidua esse éadem?

PALAESTRIO
Quia adoléscens nuptast cúm sene.

PYRGOPOLINICES
Eúge.

PALAESTRIO
Lepida et líberali fórmast.

PYRGOPOLINICES
Caue mendácium.

PALAESTRIO
Ád tuam formam illa úna dignast.

PYRGOPOLINICES
Hércle pulcram praédicas.
Séd quis east?

PALAESTRIO
Senis húius uxor Périplecomenist.

PYRGOPOLINICES
Próxuma?

PALAESTRIO
Éa: demoritur te átque ab illo huc cúpit abire, odít senem.
Núnc te orare atque óbsecrare iússit ut eam cópiam
Síbi potestatémque facias.

958. *Delevit colorem sententiae A. Luchs in actis sem. Erlang.* II 358 audeam *coniciens.* 960. quid (*instrumentalis est*) *CDa* qui// *B* qui *Dc* quo *FZ* 964. Periplecomenist *R* periplectomensi *C* periplectomsi *B* periplectomesi *D* periplectomenis *Z* perippomeñ *F* *Pyrgopolinicis et Palaestrionis personas ex librorum auctoritate distinxi.* Pirg. proxumo? *F* PY. (PI. *B* PV. *C*) proxumo φ 965. *Palaestrionis notam praemittunt* ω huc cupit *R* incipit *BD* cipit *C* cepit *F* coepit *Z* hinc cupit *Acidalius*

PYRGOPOLINICES

Cúpio hercle equidem, si ílla uolt.

PALAESTRIO

Quaén cupit!

PYRGOPOLINICES

Quid illá faciemus cóncubina, quaé domist?

PALAESTRIO

Quín tu illam iube ábs te abire quód lubet, sicút soror
Eíus huc gemina uénit Ephesum et máter arcessúntque eam.

PYRGOPOLINICES

Ého tu, aduenit Éphesum mater éius?

PALAESTRIO

Aiunt quí sciunt.

PYRGOPOLINICES

Hércle occasiónem lepidam, ut múlierem excludám foras.

PALAESTRIO

Ímmo uin tu lépide facere?

PYRGOPOLINICES

Lóquere et consiliúm cedo.

PALAESTRIO

Vín tu illam actutum ámouere, a te út abeat per grátiam?

PYRGOPOLINICES

Cúpio.

PALAESTRIO

Tum te hoc fácere oportet: tíbi diuitiarum ádfatimst.
Iúbe sibi aurum atque órnamenta quae ílli instruxti múlieri
Dóno habere auférre et abs te *abire* quod lubeát sibi.

PYRGOPOLINICES

Plácet ut dicis. séd ne et istam amíttam et haec mutét fidem,
Víde modo.

PALAESTRIO

Vah délicatu's: quaé te tamquam oculós amet.

PYRGOPOLINICES

Vénus me amat.

---

968. cupit ω 969. quod (*i. e.* quo) *BC* qđ *D* quo *FZ: item* 977 quod lubeat (iubeat *C*) *CDFZ*, 988 ecquid *leviter corruptum B* 972. excludam ω, *quod qui in* extrudam (*cf.* 1119) *mutari voluerunt lepidam non senserunt inversionem, qua miles quasi puellae, haec amantis vicibus fungitur.* 977. auferre et *R* auferet *BCD* auferre *FZ* abire *om.* ω 978. ne et *Brixius quoque.* ne ω

PALAESTRIO

St táce, aperitur fóris: concede huc clánculum.
Haéc celox illíust quae hinc egréditur internúntia.

PYRGOPOLINICES

Quaé celox?

PALAESTRIO

Ancíllulast illíus quae egreditúr foras;
Quae ánulum istunc áttulit, quem tíbi dedi.

PYRGOPOLINICES

Edepol haéc quidem
Béllulast.

PALAESTRIO

Pithécium haec est praé illa et spinturnícium.
Víden tu illam oculis uénaturam fácere atque aucupium auríbus?

MILPHIDIPPA. PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO

MILPHIDIPPA

Pátet ante aedis círcus, ubi sunt lúdi faciundí mihi.
Díssimulabo hos quási non uideam néque esse hic etiamdúm sciam.

PYRGOPOLINICES

Táce: subauscultémus, ecquid dé me fiat méntio.

MILPHIDIPPA

Númqui hic prope adest, quí rem alienam pótius curet quám suam?
Qui aúcupet me quíd agam? qui de uésperi uiuát suo?
Eós nunc homines métuo ne obsint míhi neue obstent úspiam,
Dómo silenta dum húc transibit quae húius cupiens córporist,
Quae ámat hunc hominem nímium lepidum et nímia pulcritúdine,
Mílitem Pyrgópolinicem.

---

982. quae haec ω (haec *e versu antecedenti irrepsit*) ancillula illiuſ eſt (illiuſ eſt *bis D*, eſt *om. B*) ω quae hic ω: *cf.* 981. 986. patet *R* MILPHIDIPPA. Tam (am *C*) eſt *CD* Mil. Tam eſt *B* Mi. Iam est *FZ*. *In A nil praeter* I *dubiam versus initio apparuit.* 992. domo silenta *R* Domoſibitac *BD* Domuſ ibit ac *C* Domo ſi ibit ac *FZ*. *In A nil praeter* D *initialem litteram ac ne eam quidem certam dispexit Loewius. Certe sedes corruptelae est in litteris* ſibitac, *in quibus nomen aut substantivum aut adiectivum aliquod latere suspicor, quo subiectum significetur.*

PYRGOPOLINICES

Sátin haec quoque me déperit?
Vt meam laudat spéciem!

PALAESTRIO

Edepol sérmo huis cinerem haut quaéritat.

PYRGOPOLINICES

Quo árgumento?

PALAESTRIO

Quía enim loquitur laúte et minume sórdide.
Tum aútem illa ipsast nímium lepida nímisque nitida fémina.

PYRGOPOLINICES

Hércle uero iam ádlubescit prímulum, Palaéstrio.

PALAESTRIO

Príusne quam illam oculís uidisti?

PYRGOPOLINICES

Vídeo id, quod credó tibi:
Tum haéc celocula ílla absente súbigit me ut amem.

PALAESTRIO

Hercle hánc quidem
Níl tu amassis: mi haéc desponsast. tíbi si illa hodie núpserit,
Égo hanc continuo uxórem ducam.

PYRGOPOLINICES

Quíd ait istaec?

PALAESTRIO

Dé te loquitur: níhil attrectat sórdidi.

---

995. ut *om.* $A\varphi$ sermo huis *R* huiuſ ſermoniſ (ſermoneſ *FZ*) ω: *adscripta consueta* huius *forma fuerat: cf.* 903 haut (haud *DFZ* aut *B*) cinerem (emerē *B*) ω, *quae cum Bothio transposui.* 997. *om. Z, habet praeter* ω *etiam A, ubi errore librarii v.* 996 *et* 997 *sic traduntur:*

QVO ARGVMENTO ‡ QVIA ENIM LOQU —
TAT SORD —
QU · · ISTAECQUAEDETEQLOQUITURN —

Aberravit igitur post LOQUITUR *v.* 996 *ad alterum sequentis versus hemistichium, quem deinde integrum posuit. Ceterum initio versus* 997 Quid ait iſta hec *B* Quid ad iſta haec (hec *DF*) *CDF* Quidquid istaec *Bothius. Continuant libri versum* 997 *neglectum a Camerario aliisque, inclusum a Ritschelio Pyrgopolinici, Palaestrioni tribuit Bothius. Mihi dittographia antecedentis versus videtur.* 998. *Palaestrioni continuavit Ritschelius, nec nomen in B praefixum.* 999. PY. *praemittunt BCD, om. FZ* 1000. uidiſti *Reizius* tuiſ ω credo tibi] —REDO TIBI *etiam A*
Non inepte responderet miles: uideo tuis, credo tibi.

PYRGOPOLINICES

Quíd ergo hanc dubitas cónloqui?

PALAESTRIO

Séquere hac me ergo.

PYRGOPOLINICES

Pédisequos tibi sum.

MILPHIDIPPA

Vtinam, quoius causa *ánxia*
Fóras sum egressa, cónueniundi míhi potestas éuenat!

PALAESTRIO

Erit ét tibi exoptatum óbtinget: bonum habe ánimum, ne formída.
Homo quídamst, qui scit quód quaeris ubi sít.

MILPHIDIPPA

Quem ego hic audíui?

PALAESTRIO

Sociúm tuorum consíliorum et partícipem celatórum.

MILPHIDIPPA

Tum pól ego id quod celo haú celo.

PALAESTRIO

Immo étiam: sed male célas.

MILPHIDIPPA

Quo argúmento?

PALAESTRIO

Infidós celas: ego súm tibi firme fídus.

MILPHIDIPPA

Cedo sígnum, harunc si Bácchanum es.

PALAESTRIO

Amat múlier quaedam quéndam.

MILPHIDIPPA

Pol istúc quidem multae.

PALAESTRIO

At nón multae de dígito donum míttunt.

1004. anxia *om.* ω: *initio v.* 1005 Foras ω 1008. *Ritschelium secutus sum; nam* celatorum *flagitant sequentia:* conſiliarium ω
1009. HAU *A* haud *BZ* haut φ immo etiam *confirmantis est ut Italorum* anzi, *ut suppleri hic nil aliud possit nisi* celas. ſed *CD* ſ' *B* SIC *probabilius quam* SED *A* male *R* NON $A\varphi$, *quod servari possit, si scribas:* at me (*sive* sic) non celas. 1011. harunc si *Studemundus ann. philol.* 1876 *p.* 60 ſi harunc ω

MILPHIDIPPA

Enim cógnoui nunc: fécisti modo mi éx procliuo plánum.
Sed hic númquis adest?

PALAESTRIO

Vel adést uel non.

MILPHIDIPPA

Cedo té mihi solae sólum.

PALAESTRIO

Breuin án longinquo sérmoni?

MILPHIDIPPA

Tribus uérbis.

PALAESTRIO

Iam ad te rédeo.

PYRGOPOLINICES

Quid ego? ástabo hic tantísper cum hac forma ét factis sic frústra?

PALAESTRIO

Patere átque asta: tibi ego hánc do operam.

PYRGOPOLINICES

Properádum: stando excrúcior.

PALAESTRIO

Pedetémptim tu hau scis tráctari solitás esse huius modi mércis.

PYRGOPOLINICES

Age age, út tibi maxume cóncinnumst.

PALAESTRIO

Nullúmst hoc stolidius sáxum.
Redeo ád te. quid me uóluisti?

MILPHIDIPPA

Quo pácto hoc ábs te accépi,
Videsís, refero ad te cónsilium.

PALAESTRIO

Hunc quasi dépereat.

1017. properadum: stando *R* properando ω: properadum *Colvius*, stando *Siberus praeivit*. 1018. tu hauscis *Hauptius* tu hec (hęc *CD*) ſcif (ſcief *Z*) ω hec ſcif *interpretor:* nec scis. 1020. RED— *A* Redeo φ hoc abs te accepi *R* hoccilium (hoc conſilium *Dc*) accepi (cce *e corr. m. eiusdem* apeli *CDa* apeli *Dc*) ω. *Fuit in archetypo:* hoc consilium aps te accepi. 1021. uidesis refero *R* Veliſ (Vtliſ *ante corr.*) ut fero *Ba* Vaeliſit fero *CD*. *Etiam in A incipit versus sic:* UELIS — quaſi hunc (huc *BCD*) depereat *in BCD Palaestrioni*, teneo istuc *Milphidippae*,

MILPHIDIPPA

Teneo ístuc.

PALAESTRIO

Conlaúdato formam ét faciem et uirtútis commemoráto.

MILPHIDIPPA

Ad eám rem habeo omnem aciém, tibi uti dudúm iam demonstráui.
Tu cétera cura et cóntempla et de meís uenator uérbis.

PYRGOPOLINICES

Aliquám mihi partem hodie óperae des deníque tandem: ilico adésto.

PALAESTRIO

Adsum: ímpera, siquid uís.

PYRGOPOLINICES

Quid illaec narrát tibi?

PALAESTRIO

Lamentári
Ait íllam miseram, crúciari et lacrumántem se adflictáre,
Quia tís egeat, quia té careat: ob eám rem huc ad te míssast.

PYRGOPOLINICES

Iube adíre.

PALAESTRIO

At scin quid tú facias? face té fastidi plénum,
Quasi nón lubeat: me inclámato, quia síc te uolgo uólgem.

PYRGOPOLINICES

Memini ét praeceptis párebo.

PALAESTRIO

Vocon érgo hanc, quae te quaérit?

PYRGOPOLINICES

Adeát, siquid uolt.

PALAESTRIO

Síquid uis, adi, múlier.

MILPHIDIPPA

Pulcer, sálue.

PYRGOPOLINICES

Meum cógnomentum cómmemorat. di tíbi dent quaecumque óptes.

v. 1022 *Palaestrioni tribuuntur in libris: hos secutus sum.* 1024. Tu cetera] TUC — *etiam A* caura *Da*, *quod possis* coura *interpretari*. 1025. DENIQ· TANDEM *A* denique iam tandem φ ilico adesto *R* adeſ (adē *B*) ilico ω 1033. commemorauit (cōmerauit *B*) ω, *corr.*

MILPHIDIPPA

Tecum aétatem exigere út liceat.

PYRGOPOLINICES

Nimium óptas.

MILPHIDIPPA

Non me díco,
Sed erám meam, quae te démoritur.

PYRGOPOLINICES

Aliaé multae idem istuc cúpiunt,
Quibus cópia non est.

MILPHIDIPPA

Écastor haud mírumst, si te habes cárum,
Hominém tam pulcrum et praéclarum uirtúte et forma et fáctis.
Deus dígnior fuit quisquam hómo qui esset?

PALAESTRIO

Non hércle humanust érgo:
Nam uólturio plus húmani credóst.

PYRGOPOLINICES

Magnum me fáciam
Nunc, quóm illaec me sic cónlaudat.

PALAESTRIO

Viden tu ígnauom, ut sese ínfert?
Quin tu huíc responde: haec íllaec est ab illác, quam dudum *díxi*.

PYRGOPOLINICES

Quanam áb illarum? nam ita me óccursant multaé: meminisse haut póssum.

MILPHIDIPPA

Ab illá, quae digitos déspoliat suos ét tuos digitos décorat:
Nam hunc ánulum ab *illa* tís cupienti huic détuli, hic *ad te* pórro.

PYRGOPOLINICES

Quid núnc tibi uis, muliér, memora.

Hermannus. An commemoravt *pronuntiandum? ut* TRIVMPHAVT MILITAVT PEDICAVD *legitur in titulis: cf. Trin.* 169 *Asin.* 501
1038. ergo *Camerarius* ergeo ω: *an* corgo? 1044. ab illa tis cupienti *R* ab tui cupientiſ (cupient$\overset{i}{\text{e}}$ſ *C*) *CD* ab tui cupiente *FZ* cupientiſ (*om.* ab tui) *B* ab illa tui cupienti *Bugge.*

MILPHIDIPPA

Vt quae té cupit eam ne spérnas,
Quae pér tuam nunc uitám uiuit: sit nécne sit, spes in te únost.

PYRGOPOLINICES

Quid núnc uolt?

MILPHIDIPPA

Te compéllare et complécti et contrectáre.
Nam nísi tu illi fers súppetias, iam illa ánimum despondébit.
Age, mi Áchiles, fiat quód te oro: serua íllam pulcram púlcer.

PALAESTRIO

Exprómc benignum ex te íngenium, muríсape, occisor régum.

PYRGOPOLINICES

Heu,
Hercle ódiosas res! quótiens hoc tibi, uérbero, ego interdíxi,
Meam né sic uolgo póllicitares óperam?

PALAESTRIO

Audin tu, múlier?
Dixi hóc tibi dudum et núnc dico: ni huic uérri aduehitur mérces,
Non híc suo seminió quemquam porclénam inpertitúrust.

MILPHIDIPPA

Dabitúr quantum ipsus pretí poscet.

PALAESTRIO

Talentúm Philippum huic opus aúrist:
Minus áb nemine accipiét.

MILPHIDIPPA

Heu ecastór, nimis uilest tándem.

1047. contractare *B* contraectare (e above) *C* 1049. Achiles *simplici* l *scripsi: cf.* 1284 1050 *Palaestrioni cum libris reddidi.* muricape *R* ubi cape *B* iniuirbicape *CD* mi uir cape *FZ* 1051. Eu *D* Bu *C*, *quod fortasse verius est.* 1053. pollicitarere *sive* pollicitares *Muellerus pros.* 630 pollicitareſ *Dc* polliciتereſ *CDa* pollicitare *B* polliciteriſ *Z* policiteriſ *F* 1054. uerri aduehitur *R* uerreant ut tu *B* uerri adfertur *Prisciani p.* 645 *ex.*, *Z* uerriant fertur *CD* uerna fertur *F* 1055. porculenam *Prisciani exemplaria* (*nisi quod* proculenam *Reg.*), *Z* proculẽ *B* proculem *CD* proculeum *F* 1057. nemine *bisyllabum nescio an melius* ne hemine *scribatur. Aliter poterat* nullo *substitui. Rotundiores effici numeri velut hoc exemplo poterant:* minus áb n. accipit. — heú castor (*cf.* 1061) nimis ó, nimis (*vel* istúc nimis) uilest tandem; *sed stupor ancillae simulatus hiatum excusat.*

PYRGOPOLINICES

Non míhi auaritia umquam ínnatast: satis hábeo diuitiárum.
Plus mi aúri millest médiminum Philippí.

PALAESTRIO

Praeter thensaúros:
Tum argénti montis, nón massas habet: Aétina non aeque áltast.

MILPHIDIPPA

Heu cástor periurum!

PALAESTRIO

Vt ludo?

MILPHIDIPPA

Quid ego? út sublecto?

PALAESTRIO

Scíte.

MILPHIDIPPA

Sed amábo mittite me áctutum.

PALAESTRIO

Quin tu huíc respondes áliquid,
Aut fácturum aut non fácturum? quid illám miseram animi excrúcias,
Quae númquam male de té meritast?

PYRGOPOLINICES

Iube eámpse exire huc ád nos:
Dic me ómnia quae uolt fácturum.

MILPHIDIPPA

Facis núnc ut *te* facere aéquomst,
Quom quaé te uolt eandém tu uis.

PYRGOPOLINICES

Non ínsulsum huic ingéniumst.

MILPHIDIPPA

Quom me óratricem hau spréuisti sistíque exorare éx te.
Quid est, út ludo?

1059. mediminum *R* mofidiũ *B* modiorum φ. *Postea vidi ex simili corruptela in Stichi v.* 587 medimnum *elicuisse Muellerum Add. pros.* 144, *atque ibi quoque* modium *olim substitutum est.* 1060. Aetina *e glossariis Loewius anal. Plaut.* 215 ethna (ethna *C*) monſ φ, *om. B* 1061. caſtor *B* ecaſtor φ 1062. mittite me *C* mitte me φ 1066. *alterum hemistichium Pyrgopolinici tribuunt BCD*, *Palaestrioni FZ* 1067. Qm̃ me *B* Cumque (Cunque *F* Quumque *Z*) me φ ex te *frustra videntur in suspicionem vocavisse Brix et Luchs in actis*

PALAESTRIO

Nequeo hércle equidem risu ádmoderarier.

MILPHIDIPPA

Érgo
Ob eám causam huc abs te áuorti.

PYRGOPOLINICES

Non édepol tu scis, múlier,
Quantum égo honorem nunc ílli habeo.

MILPHIDIPPA

O scío et istuc illi dícam.

PALAESTRIO

Contra aúro alii hanc uendére potuit operám.

MILPHIDIPPA

Pol istuc tibi crédo.

PALAESTRIO

Meri béllatores gígnuntur, quas híc praegnatis fécit,
Et púeri annos octíngentos uiuónt.

MILPHIDIPPA

Vae tibi, nugátor!

PYRGOPOLINICES

Quin mílle annorum pérpetuo uiuónt ab saeclo ad saéclum.

PALAESTRIO

Eo mínus dixi, ne haec cénseret me aduórsum se mentíri.

MILPHIDIPPA

Perií, quot hic ipse annós uiuet, quoius fílii tam diu súperant?

PYRGOPOLINICES

Postríduo natus sum égo, mulier, quam Iúppiter ex Ope nátust.

PALAESTRIO

Si hic prídie natus forét quam illest, hic habéret regnum in caélo.

MILPHIDIPPA

Iam iám sat amabost: sínite abeam, si póssum, uiua a uóbis.

PALAESTRIO

Quin érgo abis, quando résponsumst?

sem. Erl. II 404 1070. o *om.* ω 1076. cui *B* cùi *C*: *fuitne* quois? *item v.* 1073 et *Muellerus corrigi* ei *voluit eumque pro genetivo interpretatus est Luchs de gen. pron. lat.* 28 superant *R* ſunt *B* uiuunt φ 1080. abis] abeiſ *B*

MILPHIDIPPA
Ibo átque illam huc addúcam,
Propter quam operast mihi. númquid uis?

PYRGOPOLINICES
Ne mágis sim pulcer quám sum:
Ita mé mea forma habet sóllicitum.

PALAESTRIO
Quid hic núnc stas? quin abis?

MILPHIDIPPA
Ábeo.

PALAESTRIO
Atque ádeo, audin? dicíto docte et cordáte.

MILPHIDIPPA
Cor ut ei sáliat.

PALAESTRIO
Philocómasio dic, si ést hic, *hinc* domum ut tránseat: hunc hic ésse.

MILPHIDIPPA
Hic cúm erast: clam nostrum húnc *furtim* sermónem sublegérunt.

PALAESTRIO
Lepidé factumst: iam ex sérmone hoc gubernábunt doctius pórro.

MILPHIDIPPA
Remoráre: abeo.

PALAESTRIO
Neque té remoro neque té tago neque te — táceo.

PYRGOPOLINICES
Iube máturare illam éxire huc: iam istíc rei praeuortémur.

Quid núnc mi's auctor út faciam, Palaéstrio,
De cóncubina? nám nullo pactó potest
Prius haéc in aedis récipi, quam illam abmíserim.

PALAESTRIO
Quid mé consultas quíd agas? dixi equidém tibi,
Quo pácto id fieri póssit clementíssume.
Aurum átque uestem múliebrem omnem habeát sibi,

1083. cor ut ei saliat *R* curaſ aluit *B* ut cor ei ſaliat φ 1084. ſi (*om. B*) eſt hic ω hinc *om.* ω 1085. cum era eſt *CD* cum fera ẽ *B* cum hera eſt *FZ* furtim *om.* ω 1087. remoro (*om.* te *in C*) *CD* moro *B* remoror *FZ* 1088. iſtic ω isti *Pylades* 1091. obmiſerit *BCD* omiſerim *FZ* amiserim *Scaliger*

Quae illi ínstruxisti: súmat habeat aúferat;
Dicásque tempus máxume esse ut eát domum:
Sorórem geminam adésse et matrem dícito,
Quibus cóncomitata récte deueniát domum.

PYRGOPOLINICES
Qui tú scis eas adésse?

PALAESTRIO
Quia oculís meis
Vidí sororem hic eíus.

PYRGOPOLINICES
Conuenistíne eam?

PALAESTRIO
Conuéni.

PYRGOPOLINICES
Tibi ecquid fórtis uisast?

PALAESTRIO
Ómnia
Vis óptinere.

PYRGOPOLINICES
Vbi mátrem esse aiebát soror?

PALAESTRIO
Cubáre in naui líppam atque oculis túrgidis
Nauclérus dixit, quí illas aduexít, mihi.
Is ad hós nauclerus hóspitio deuórtitur.

PYRGOPOLINICES
Quid is, écqui fortist?

PALAESTRIO
Ábi sis hinc: nam tú quidem
Ad equás fuisti scítus admissárius,
Qui cónsectare quá maris qua féminas.
Hoc áge nunc.

PYRGOPOLINICES
Istuc quód das consiliúm mihi,
Te cúm illa uerba fácere de ista ré uolo:
Nam cúm illa sane cóngruost sermó tibi.

1095. habeat ω abeat *Acidalius* 1101. conueni tibi] conuenit ω conueni *Ritschelius* ecquid *CDFZ* et quid *B*, *Nonii p.* 306 *ex.* 1103. turgrediſ *B*: *in archetypo igitur* turgedis *fuit.* 1107. fuisses *Dousa*

PALAESTRIO

Qui pótius quam tute ádeas, tuam rem túte agas?
Dicás necessus tíbi esse uxorem dúcere:
Cognátos persuadére, amicos cógere.

PYRGOPOLINICES

Itán tu censes?

PALAESTRIO

Quíd ego ni ita cénseam?

PYRGOPOLINICES

Ibo ígitur intro. tu híc ante aedis ínterim
Speculáre, ut ubi illaec pródeat me próuoces.

PALAESTRIO

Tu módo istuc cura, quód agis.

PYRGOPOLINICES

Curatum íd quidemst.
Quin sí uoluntate nólet, ui extrudám foras.

PALAESTRIO

Istúc caue faxis. quín potius per grátiam
Bonam ábeat abs te: atque íllaec, quae dixi, eí dato.

PYRGOPOLINICES

Cupio hércle.

PALAESTRIO

Credo fácile te impetrássere. 1123
Sed abi íntro: noli stáre.

PYRGOPOLINICES

Tibi sum oboédiens.

PALAESTRIO

Numquíd uidetur démutare? aeque átque uti
Dixi ésse uobis dúdum hunc moechum mílitem.
Nunc ád me ut ueniat úsust Acroteleútium,
Ancíllula eius ac Pleúsicles. pro Iúppiter,

Aurum órnamenta quae ílli instruxistí ferat. 1122

1113. neceſſuſ *CDa* neceſſum *φ* 1119. QVI *A*, *fortasse recte, ut lenius in v.* 1118 *extremo interpungendum sit.* 1122 *quem expulit Osannus habet etiam A*: *fictus est ex v.* 976 *sq. et* 1094 *sq. cf.* 1143 *sq.* 1125. aeque atque uti *R* aut utique *ω* 1128. AVT (*non* AC, *ut scripsit Ritschelius*) *cum BCD etiam A*

Satin út commoditas úsquequaque me ádiuuat!
Nam quós uidere me éxoptabam máxume,
Vna éxeuntis uídeo iam hinc e próxumo.

ACROTELEVTIVM. MILPHIDIPPA. PLEVSICLES. PALAESTRIO

ACROTELEVTIVM

Séquimini: simul círcumspicite néquis adsit árbiter.

MILPHIDIPPA

Néminem uideó nisi hunc, quem uólumus conuentum.

PALAESTRIO

Ét ego uos.

MILPHIDIPPA

Quíd agis, noster árchitecte?

PALAESTRIO

Egone árchitectus? uáh.

MILPHIDIPPA

Quid est?

PALAESTRIO

Quía enim non sum dígnus prae te, ut fígam palum in párietem.

ACROTELEVTIVM

Heía uero!

PALAESTRIO

Nímis facete nímisque facundé malast:
Vt lepide derúncinauit mílitem!

MILPHIDIPPA

At etiám parum.

PALAESTRIO

Bóno animo es: negótium omne iám succedit súb manus.
Vós modo porro, ut óccepistis, dáte operam adiutábilem.
Nám ipse miles cóncubinam intro ábiit oratúm suam,
Áb se ut abeat cúm sorore et mátre Athenas.

PLEVSICLES

Eú, probe.

1130. EXOPTABÁM (*om.* me) *A* 1131. HINCE (*om.* iam) *A* propxumo *C*: *num fuit* propisumo? 1133. pol, *quod post* neminem *in φ inseritur, om. A* 1137. parum] ROGAS *A*, *quod verum esse nullo modo potest.*

PALAESTRIO

Quín etiam aurum atque órnamenta, quae ípse instruxit múlieri,
Ómnia dat dono, á se ut abeat: íta ego consiliúm dedi.

PLEVSICLES

Fácile istuc quidémst, si et illa uólt et ille autém cupit.

PALAESTRIO

Nón tu scis, quom ex álto puteo súrsum ad summum escénderis,
Máxumum períclum inde esse ab súmmo ne rursúm cadas?
Núnc haec res apud súmmum puteum géritur: si praesénserit
Míles, nihil ecférri poterit húius. nunc quom máxume
Ópust dolis.

PLEVSICLES

Domi ésse ad eam rem uídeo siluaí satis:
Múlieres tres, quártus tute's, quíntus ego, sextús senex.
Quód apud nos falláciarum séx situmst, certó scio,
Óppidum quoduís uidetur pósse expugnareí.

PALAESTRIO

Dolis
Dáte modo operam.

ACROTELEVTIVM

Id *núnc* nos ad te, síquid uelles, uénimus.

PALAESTRIO

Lépide facitis. núnc tibi hanc ego ímpero prouínciam.

ACROTELEVTIVM

Ímpetrabis, ímperator, quód ego potero quód uoles.

PALAESTRIO

Mílitem lepide ét facete, laúte ludificárier
Vólo.

ACROTELEVTIVM

Voluptatém mecastor mi ímperas.

1143. dono a se ut abeat *Dc* DONASEUTABEAT *A* dono ſe ut habeat *BDa* donoſ eut habeat *C* 1147. HAECRES *A* hanc reſ (rem *B*) *BCD* 1149. Opuſt doliſ *CD* OPUS EST DOLIS *AFZ* Opuſ doliſ *B* ESSE ADEAM *ADc* eſſet at eam *BC* SILUAE(*sive* I) *A* ſilue *CD* ſalue *B* 1150. QUINTUS EGO SEXTUS *Aφ* 1151 *sq. continuari cum Bergkio Pleusicli quae vulgo Palaestrioni tribuuntur: in BCD personae signum nullum.* 1152. expugnare ω expugnari *Pylades.* 1153. nunc *om. Aφ* 1156. et *post* facete *quod inseruit Camerarius om. Aφ* 1157. UOLO *ante personae notam Aφ: iniuria nuper expulsum est* mi] mihi ω

PALAESTRIO

Scin quem ádmodum?

ACROTELEVTIVM

Némpe ut adsimulém me amore istíus differri.

PALAESTRIO

Eú, tenes.

ACROTELEVTIVM

Quásique istius caúsa amoris éx hoc matrimónio
Ábierim cupiéns istius núptiarum.

PALAESTRIO

Omne órdine,
Nísi modo unum hoc: hásce esse aedis dícas dotalís tuas,
Hínc senem abs te abísse, postquam féceris diuórtium;
Né ille mox uereátur introd íre in alienám domum.

ACROTELEVTIVM

Béne mones.

PALAESTRIO

Sed úbi ille exierit íntus, istinc té procul
Íta uolo adsimuláre, prae illius fórma quasi spernás tuam
Quásique *tu* eius opuléntitatem réuerearis: ét simul
Fórmam amoenitátem illius, fáciem pulcritúdinem
Cónlaudato. sátin praeceptumst?

ACROTELEVTIVM

Téneo. satinest, sí tibi
Méum opus ita dabo éxpolitum, ut ínprobare nón queas?

PALAESTRIO

Sát habeo. nunc tíbi uicissim quae ímperabo díscito.
Quom éxtemplo hoc erit fáctum, ut intro haec ábierit, ibi tu ílico
Fácito uti ueniás *ornatu* ornátus huc nauclérico.
Caúsiam *portés in capite*, scútulam ob oculos láneam;

1160. ordine *Bothius, sed* ordiniſ ω, *etiam in A per nebulas apparere visum est* —IS: *num forte* ordinest *scribendum?* 1163. introd ire *Ritschelius nov. exc. Pl.* 81 introire *Aφ* 1164. ISTINC *A* iſtic φ 1165. ILLIUS *Aφ* 1166. tu *om. Aφ* illius *bisyllabum Luchs de genetivis pronominum lat. p.* 34 1167. FORMAM AMOENITATEM *A* Formam amoenitatiſ (bonitatiſ *B*) *BDcFZ* Forma moenitatiſ *CDa* FACIEM *Aφ* 1173. portes in capite (*sive mavis:* Macedoniam habeas) *supplevi.* habeaſ ferrugenaſ (ferrugeneſ *CDaF* ferrugineſ *Dc* furrugeneſ *Z*) ω —AMSCUTULAM *A*, *ut* et *ante* scutulam *ne in A quidem legatur*

Pálliolum habeas férrugineum (nam ís colos thalássicust),
Íd conexum in úmero laeuo, exfáfillato brácchio
* * * * * * * * * * *
Praécinctis aliqui ádsimulato quási gubernatór sies.
Átque apud hunc senem ómnia haec sunt: nam ís piscatorés habet.

PLEVSICLES

Quíd? ubi ero exornátus, quin tu dícis quid factúrus sim?

PALAESTRIO

Húc uenito et mátris uerbis Phílocomasium arcéssito,
Ýt, si itura síet Athenas, eát tecum ad portúm cito,
Átque ut iubeat férri in nauem síquid inponí uelit;
Nísi eat, te solúturum esse náuem: uentum operám dare.

PLEVSICLES

Sátis placet fictúra: perge.

PALAESTRIO

Ille éxtemplo illam hortábitur,
Ýt eat propere, né morae sit mátri.

PLEVSICLES

Multimodís sapis.

PALAESTRIO

Égo illi dicam ut me ádiutorem, qui ónus feram, ad portúm roget;
Ílle iubebit me íre cum illa ad pórtum: ego adeo, ut tú scias,
Prórsum Athenas prótinam abibo técum.

PLEVSICLES

Atque ubi illo uéneris,
Tríduom seruíre numquam té quin liber sís sinam.

PALAESTRIO

Ábi cito atque orná te.

PLEVSICLES

Numquid áliud?

PALAESTRIO

Haec ut mémineris.

1175. exfafillato *B C*, *Buechelerus progr. Bonn.* 1878 *p.* 27. exfafillata *D* expapillato *Festus p.* 79, *Nonius p.* 549, *gloss.* EXP—LLATO *A*, *ut inter* P *et* L *spatium quattuor vel quinque litterarum sit.* *Versiculi, quem excidisse vidit Ritschelius, exitus probabilis hic ab eo propositus:* lumbis subligaculo 1180. SIET *A*, *Bothius* ſiã *D* ſia *C* eſt t *B* eſt *FZ* 1181. NAUEM *A B* (*item* 1182, *ubi in A etiam* NAUIM *legi potest*) nauim φ

PLEVSICLES

Ábeo.

PALAESTRIO

Et uos abíte hinc intro actútum: nam illum huc sát scio
Iam éxiturum esse íntus.

ACROTELEVTIVM

Celebrest ápud nos imperiúm tuom.

PALAESTRIO

Ágite abscedite érgo. ecce autem cómmodum aperitúr foris.
Hílarus exit: ímpetrauit. ínhiat quod nusquámst miser.

PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO

PYRGOPOLINICES

Quód uolui, ut uolui, ímpetraui pér amicitiam et grátiam
Á Philocomasio.

PALAESTRIO

Á! quid te intus fuísse dicam *tám* diu?

PYRGOPOLINICES

Númquam ego me tam sénsi amari quám nunc ab illa múliere.

PALAESTRIO

Quíd iam?

PYRGOPOLINICES

Vt multa uérba feci, ut lénta materiés fuit!
Vérum postremo ímpetraui ut uólui: donauí dedi
Quaé uoluit, quae póstulauit; té quoque ei donó dedi.

PALAESTRIO

Étiam me? quo módo ego uiuam síne ted?

PYRGOPOLINICES

Age, animó bono es:
Ítidem illim ego te líberabo. nám si possem ulló modo
Ímpetrare ut abíret nec te abdúceret, operám dedi:
Vérum oppressit.

1190. huc *Luchs Herm.* XIII 504 hinc ω 1195. a *om.* ω, *excidit post* PA. quid *Brixius* quidnam ω te *Lambinus* tam ω fuiſſe *CDZ* fuiſſet et *B* tam *om.* ω 1198. dedi *R* dere *BCD*, *om.* *FZ* 1201. itidem illim *R* et illẽ (idẽ *corr. m. ead.*) *B* et idem (idẽ *C*) *CD* idem *FZ*

PALAESTRIO

Deós sperabo téque. postremó tamen,
Étsi istuc mihi acérbumst quia ero té carendumst óptumo,
Sáltem id uolup est, quom éx uirtute et fórmad euenít tibi
Méa opera super hác uicina, quam égo nunc concilió tibi.

PYRGOPOLINICES

Quíd opust uerbis? líbertatem tíbi ego et diuitiás dabo,
Si ímpetras.

PALAESTRIO

Reddam ímpetratum.

PYRGOPOLINICES

At géstio.

PALAESTRIO

At modicé decet:
Móderare animo; né sis cupidus. séd eccam ipsam, egreditúr foras.

ACROTELEVTIVM. MILPHIDIPPA. PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO

MILPHIDIPPA

Era, éccum praesto mílitem.

ACROTELEVTIVM

Vbíst?

MILPHIDIPPA

Ad laeuam.

ACROTELEVTIVM

Haud uídeo.

MILPHIDIPPA

Aspícito limis, né ille nos se séntiat uidére.

ACROTELEVTIVM

Video. édepol nunc nos témpus est malás peioris fíeri.

MILPHIDIPPA

Tuómst principium.

ACROTELEVTIVM

Óbsecro, tute ípsum conuenísti?
Ne párce uocem ut aúdiat.

1205. et formad euenit *R* formae (forme *BDF*) uenit ω formae euenit *Camerarius.* 1210. ACR. haud uideo *R* ACR. uideo ω 1212. peioriſ *BCD* fiere *B* 1214 uocem *testatur Servius Aen.* X 532 uoci ω,

MILPHIDIPPA

Cum ipsó pol sum locúta
Placide ípsa, dum lubitúmst mihi, otióse meo arbitrátu.

PYRGOPOLINICES

Audín quae loquitur?

PALAESTRIO

Aúdio. quam laétast, quia ad ted ádiit!

ACROTELEVTIVM

O fórtunata múlier es!

PYRGOPOLINICES

Vt amári uideor!

PALAESTRIO

Dígnu's.

ACROTELEVTIVM

Permírum ecastor praédicas, te adísse atque exorásse:
Per epístulam aut per núntium quasi régem adiri eum áiunt.

MILPHIDIPPA

Namque édepol uix fuit cópia *mi* adeúndi atque impetrándi.

PALAESTRIO

Vt tu ínclutu's apud múlieres.

PYRGOPOLINICES

Patiár, quando ita Venús uolt.

ACROTELEVTIVM

Venerí pol habeo grátiam, eandémque et oro et quaéso,
Vt éius mihi sit cópia, quem amó quemque expetésso,
Benígnusque erga me út siet: quod cúpiam ne grauétur.

MILPHIDIPPA

Spero íta futurum. quámquam illum multaé sibi expetéssunt,
Ille íllas spernit ségregat a se ómnis extra te únam.

ACROTELEVTIVM

Ergo íste metus me mácerat, quod illést fastidiósus,
Oculi éius ne senténtiam mutént, ubi uiderít me,
Atque éius elegántia meam extémplo speciem spérnat.

nisi quod pro uoci ut *B habet* uictu, *quasi* rictu *librarius legisset.* 1215. ipsa *FZ* ipse *BCD* dum *BCD* ut *FZ* meo arbitratu *R* me arbritrii ut uolui *B* meo arbitratu ut uolui φ 1216. ad ted *R* ad te *B* te φ ted *Bothius.* adiit *Z*, *om.* *B* adit φ 1220. mi *om.* ω 1226. ab ſe *FZ* haſce *CD* hec *B* 1227. ille est fastidiosus] ille faſtidioſuſ *B* ille fastidioſuſt *CDFZ*

MILPHIDIPPA

Non fáciet: habe animúm bonum.

PYRGOPOLINICES

Vide ut ípsa se contémnit.

ACROTELEVTIVM

Metuó ne praedicátio tua núnc meam formam exsúperet.

MILPHIDIPPA

Istúc curaui ut opínione illíus pulcriór sis.

ACROTELEVTIVM

Si ecástor nolet dúcere me uxórem, genua ampléctar
Atque óbsecrabo. alió modo, si nón quibo impetráre,
Conscíscam letum: uíuere sine illó scio me non pósse.

PYRGOPOLINICES

Prohibéndam mortem múlieri uideó: *iam* adibon?

PALAESTRIO

Mínume.
Nam tú te uilem féceris, si te últro largiére:
Sine últro ueniat quaéritet desíderet exspéctet.
Nisi pérdere istam glóriam uis, quám habes, caue sis fáxis.
Nam núlli mortalí scio obtigísse hoc nisi duóbus,
Tibi ét Phaoni Lésbio, tam mórtifice ut amarétur.

ACROTELEVTIVM

Eon íntro an tu illum huc éuocas forás, mea Milphidíppa?

MILPHIDIPPA

Immo ópperiamur, dum éxeat aliquís.

ACROTELEVTIVM

Durare néqueo
Quin eam íntro.

MILPHIDIPPA

Occlusae súnt fores.

1230. uide *om.* ω, *haustum ni f. transposito* habe, *nam* bonum animum habe ω 1233. si ecastor nolet ducere me *R* ſi pol me nolet (*om. D* ualet *B* uolet *Z* nollet *F*) ducere ω 1236. iam *om.* ω, *haustum ut vid. repetito* mulieri *post* uideo, *unde* mulierem *in CDFZ ortum.* 1241. mortifice *R* muuete *CD* uiuere *B* nimie *FZ*: *an* molliter? amaret *BCD* amarentur *FZ* 1242. eon intro an tu illunc euocas *probabile non esse adnotavit Ritschelius.* eo intro an tu illuc (illunc *FZ*) euocat' (euocatũ *CDFZ*) ω 1244. eam intro *Saracenus* etiam intro ω occluſae (occluſe *B*) ſunt foreſ (foriſ *BCD*) ω

ACROTELEVTIVM

Exfríngam.

MILPHIDIPPA

Sana nón es.

ACROTELEVTIVM

Si amáuit umquam aut sí parem sapiéntiam habet ac fórmam,
Per amórem siquid fécero, heméenti *mi* animo ignóscet. 1246

PALAESTRIO

Vt quaéso amore pérditast haec mísera.

PYRGOPOLINICES

Mutuóm fit.

PALAESTRIO

Tace, ne aúdiat.

MILPHIDIPPA

Quid ástitisti obstúpida? cur non púltas?

ACROTELEVTIVM

Quia nón est intus quem égo uolo.

MILPHIDIPPA

Qui scís?

ACROTELEVTIVM

Scio edepol cérto:
Nam odóre nasum séntiat, si intús sit.

PYRGOPOLINICES

Ariolátur.
Quia mé amat, propterea Venus fecít eam ut diuináret.

ACROTELEVTIVM

Nescío ubi hic prope adest quem éxpeto uidére: olet proféeto.

PALAESTRIO

Nasó pol iam haec quidem plús uidet quam oculís.

PYRGOPOLINICES

Caeca *hercle* amórest.

ACROTELEVTIVM

Tene me, óbsecro.

MILPHIDIPPA

Cur?

ACROTELEVTIVM

Né cadam.

1246. mi *Bentleius ad Hor. carm.* III 15, 9, *om.* ω 1249. qui scis *Milphidippae reddidi, Palaestrioni vulgo tribuebatur.* certo *R̃*, *glossemate* olfacio *oblitteratum, nam* olfacio *FZ* facio (*haustis duabus litteris prioribus antecedenti* edepol) *C* fatio *D* ſcio *B*: *ut* facile *Bothii fundamento careat.* 1253. *Palaestrionis et Pyrgopolinicis personas commutavi.*

MILPHIDIPPA

Quid itá?

ACROTELEVTIVM

Quia stare néqueo:
Ita ánimus per oculós meus *mihi* défit.

MILPHIDIPPA

Militém pol
Tu aspéxisti.

ACROTELEVTIVM

Ita.

MILPHIDIPPA

Non uídeo: ubist?

ACROTELEVTIVM

Vidéres pol, si amáres.

MILPHIDIPPA

Non édepol tu illum mágis amas quam ego amém, si per te líceat.

PALAESTRIO

Omnés profecto múlieres te amánt, ut quaeque aspéxit.

PYRGOPOLINICES

Nescío num ex me hoc audíueris an nón: nepos sum Véneris.

ACROTELEVTIVM

Mea Mílphidippa, adi óbsecro et congrédere.

PYRGOPOLINICES

Vt me uerétur!

PALAESTRIO

Illa ád nos pergit.

MILPHIDIPPA

Vós uolo.

PYRGOPOLINICES

Et nós ted.

MILPHIDIPPA

Vt iussísti,
Erám meam eduxí foras.

PYRGOPOLINICES

Videó.

MILPHIDIPPA

Iube ergo adíre.

1259. num ex me *R* tu me ex ω tu ex me *Hermannus* 1261. et nos te *Pyrgopolinici cum libris et Brixio reddidi, quae Palaestrioni tribuit Ritschelius.*

PYRGOPOLINICES

Indúxi in animum ne óderim item ut álias, quando orásti.

MILPHIDIPPA

Verbum édepol facere nón potis, si accésserit prope ád te:
Dum te óbtuetur, ínterim linguam óculi praecidérunt.

PYRGOPOLINICES

Leuándum morbum múlieri uideó.

MILPHIDIPPA

Iubén tu adire?

PYRGOPOLINICES

Adeát.

MILPHIDIPPA

Adeas. non pótis erit: uiden út tremit atque extímuit,
Postquám te aspexit?

PALAESTRIO

Ármati uirí quoque idem istuc fáciunt:
Ne tú mirere múlierem.

PYRGOPOLINICES

Sed quíd uolt me facere ísta?

MILPHIDIPPA

Ad séd eas: tecum uíuere uolt átque aetatem exígere.

PYRGOPOLINICES

Egone ád illam eam, quae núpta sit? uir eíus me comprehéndat.

1266 *sq.* uideo M iubent adirẽ atq' Extimuit *B* uideo. MI. uiden ut tremit atque extimuit φ. *In* A *extremo versu apparuit* — MUIT *Praeterea v.* 1268 *extremo* (*vel novo, cum sequentibus coniuncta, in C*) *addunt* iube (Tube *C*) domum ire ω (*cf.* 1273). *His turbis sermonumque rationibus motus duorum versuum exitus suspicor conflatos, posterioris autem versiculi initium expulsum esse; neque enim obloquentis Brixii rationibus magis quam ipsa sermonum probabilitate moveor.* 1268. armati uiri quoque *R* uiri quoque armati ω *Palaestrioni tribui quae in libris militis sunt.* 1269. ne . . mulierem *quod libri, etiam B, Milphidippae adsignant, fortasse ad sequentis v. initium aberravit archetypi librarius.*
PYRG. *ante* sed ω, *cum vulgo antecedentia quoque militi continuentur.*
me facere ista *R* me tacerit *B* metagere *CD* me agere *FZ*, *quamquam* me uolt *praetulerim tradito in codicibus* uolt me *ordini: ceterum* meliuſ *quod ante* mulierem *traditur nil aliud est quam corrupta dittographia* mulieref. 1270. ſed *B*, *Gulielmus* ſe ut φ. *Probantem* sed *Ritschelium nov. exc. Plaut. I 33 frustra refutare conatur Muellerus Add. pros. 113, quasi neque in epistula ad Teuranos neque in lege Bantina* SED *forma legeretur, sed mera ariolatione codicum e mendis eruenda esset.*
1271. uir eius me comprehendat *R* (deprehendat *Loewius*): *cf.* 579.
? ?
— SME — DAT *A* uirum (uirũ *C*) eiuſ metuere henda ſt *CD* uir eiuſ

MILPHIDIPPA

Quin tuá causa exegít uirum ab se.

PYRGOPOLINICES

Quíd? qui id facere pótuit?

MILPHIDIPPA

Aedés dotales húius sunt.

PYRGOPOLINICES

Itane?

MILPHIDIPPA

Íta pol.

PYRGOPOLINICES

Iube domum íre:
Iam ego ílli ero.

MILPHIDIPPA

Vide né sies in éxpectatióne: 1274
Ne illam ánimi excrucies.

PYRGOPOLINICES

Nón ero proféeto. abite.

MILPHIDIPPA

Abímus.

PYRGOPOLINICES

Sed quíd ego uideo?

PALAESTRIO

Quíd uides?

PYRGOPOLINICES

Nescío quis eccum incédit,
Ornátu quidem thalássico. num nós uolt?

PALAESTRIO

Te proféeto:
Nauclérus hic quidemst.

PYRGOPOLINICES

Vídelicet arcéssit hanc.

PALAESTRIO

Ita crédo.

---

metuenduſ e' *B* uirum eiuſ metuere ęquum eſt *FZ* 1273. Q— *initio versus A* Quia φ, *del. Reizius.* 1277. num nos uolt? *militi continuavi: om. personae notam CD, vacuum spatium relinquit B,* PA. *habent FZ. Ceterum* iam non uult te *B* iam noſ uult ẽ *D* iam ñ uult ẽ *C* iam noſ uult. Eſt *F* iſ noſ uolt. Eſt *Z*

PLEVSICLES. PALAESTRIO. PYRGOPOLINICES

PLEVSICLES

Alium álio pacto própter amorem neí sciam
Fecísse multa néquiter, uereár magis
Me amóris causad hóc ornatu incédere.
Sed eccúm Palaestriónem: stat cum mílite.
Orátio alio míhi demutandást mea.
Muliér profecto nátast ex ipsá mora:
Nam quaéuis alia quaé morast aequé mora
Minor éa uidetur quám quae propter múlieremst. 1289
Iam ego hánc arcesso Phílocomasium. séd foris 1291
Pultábo. heus, ecquis híc est?

PALAESTRIO

Adulescéns, quid est?
Quid ueís? quid pultas?

PLEVSICLES

Phílocomasium quaérito:
A mátre illius uénio. si iturást, eat.
Omnís moratur: náuem cupimus sóluere.

PYRGOPOLINICES

Iandúdum res parátast. i, Palaéstrio:
Duc ádiutores técum ad nauem quí ferant 1298
Aurum, órnamenta, uéstem pretiosam: ómnia 1297
Compósita *iam* sunt, quaé donaui ut aúferat.

Verúm quom multos múlta admisse accéperim 1282
Inhonésta propter amórem atque aliena á bonis:
* * * * * * * * *
Mittó iam ut occidi Áchiles ciuis pássus est.

Hoc ádeo fieri crédo consuetúdine. 1290

1279. neſciam *B* ne ſcium *D* neſcium φ ni sciam *Gruterus.* 1281. causad *Ritschelius nov. exc. Plaut.* 73 cauſa ω., *Possis etiam transponendis verbis hiatum explere:* amoris causa me hoc 1282—1284 *non videntur in A fuisse, siquidem recte Loewius computando adsecutus est in pag.* 427^{A} *suprema v.* 1279 *extitisse; tertiae lineae initium idem agnorit* M — *i. e.* 1281, *quartae* SEDECCU — *i. e. v.* 1285. 1284. iam ω Achiles *Bothius* Achilleſ ω 1290 *seclusi, quamquam extat etiam in A* 1291. iam *R* NAM *ABCD* Nunc *FZ* 1293. ueis] tu aiſ *B* tu eſ *CDF* uis *Ritschelius.* 1296. IAND — *A* (*item* 1393 IANDUDUM *A*) Iam dudum φ 1298 1297 *transposui cum Acidalio: inverso ordine etiam in A exstant.* 1297. pretiosam: omnia

PALAESTRIO

Eó.

PLEVSICLES

Quaeso hercle própera.

PYRGOPOLINICES

Non morábitur.
Quid istúc *est*, quaeso? quíd oculo factúmst tuo?

PLEVSICLES

Habeo équidem hercle oculum.

PYRGOPOLINICES

At laéuom dico.

PLEVSICLES

Éloquar.
Marís causa hercle hoc égo oculo utor mínus bene:
Nam si ábstinuissem amáre, eo tamquam hoc úterer.
Sed nímis morantur mé diu.

PYRGOPOLINICES

Eccos éxeunt.

PALAESTRIO. PHILOCOMASIVM. PLEVSICLES. PYRGOPOLINICES. (SERVI.)

PALAESTRIO

Quíd modi flendó quaeso hodie fácies?

PHILOCOMASIVM

Quid ego ní fleam?
Ýbi pulcerrume égi aetatem, *hinc* ábeo.

R. In A extrema versus — RŪ *visa sunt, sed valde incerta.* preciofum (preciofe *B*) omne ut ferat ω pretiosa omnia *Bothius.* 1299. Omnia compofita funt quae (que *F* q' *B*) donaui ut ferat (donaui auferat *B*) ω. *Etiam A initium versus hoc praebet:* OMNIACOMPOSITA, *tum versus finem:* — NAUIAU — 1303. Marif *Z* MAR— *A* morif φ hoc ego *FZ* hoc ago *CD* hoc *B* minus bene *Muellerus pros.* 483 minẽ *B* minem *CD* minime *FZ* 1304. amare *vel continua scriptura tam infinitivum quam praepositionem cum ablativo expressit, quoniam solebat praepositio cum nomine suo coniungi etiam in Plautinis libris: e. c.* amilite 160 abeó 96 ábste 200 ádtuas 12 ádforum 72 ádillam 105 áderum 116. 119 admortem 163 inindia 25 interra 56 intabellis 73 integulis 156 ínviam 161 inanimum 197 1306. NI(*sive* E) *A* ne φ 1307. hinc *om.* ω inde *Ritschelius* abeo. PA. em uide hominem *R* abeo (habeo

PALAESTRIO

Em uide hominém tibi,
Qui á matre et soróre uenit.

PHILOCOMASIVM

Vídeo.

PYRGOPOLINICES

Audistin?

PALAESTRIO

Aúdio:
Quíd uis?

PYRGOPOLINICES

Quin tu intús iubes ecferri ómnia isti quaé dedi?

PLEVSICLES

Phílocomasium, sálue.

PHILOCOMASIVM

Et tu saluéto.

PLEVSICLES

Materque ét soror
Tíbi salutem mé iusserunt dícere.

PHILOCOMASIVM

Saluaé sient.

PLEVSICLES

Órant te ut eas: uéntus operam dúm dat, ut uelum éxplicent.
Nám matri oculi sí ualerent, mécum uenissét simul.

PHILOCOMASIVM

Íbo quamquam inuíta.

PLEVSICLES

Scio.

DaF) PA. muni (mium *Da* uiden *F*) *BDF* uideo PA ab eo homine *B* *Longe diversa A exhibuisse videtur, unde extrema versus haec* — MEIST *ut certa enotavit Loewius.* 1308. audistin (audiftif in *B*) ω *Non personae nota, sed integris litteris* paleftrio ω (—LA— *A*), *quem vocativum interpretari solent, nam* audio *om.* ω; *sed v.* 1309 *initio* PA *om. C. Revocat autem miles in memoriam mandatum quod iam v.* 1296 *sqq. dederat. Mirum vero quod ne sic quidem parere videtur Palaestrio: nam nec respondet quidquam post v.* 1309 *nec scaenam relinquit, ut iussum exsequatur, quod tertium adeo infra v.* 1333 *a milite repetitur. Ergo fortasse post v.* 1309 *aliquid excidit.* 1309. quin tu intus iubes *R* quin tu iubef *CDFZ* qui intuf iubef *B*: *cf.* 1333 omnia quae (q' *B*) ifti ω 1310. salueto *Muellerus pros.* 652 salue ω 1311. *Facile* a *interiectio in Philocomasii responso excidere poterat.* 1314. PL. scio. PH. enim pietas sic hortat *R* omni pietaf fcio PLEV chant *B* omni (oñi *C*)

PHILOCOMASIVM

Enim píetas sic hortát.

PLEVSICLES

Sapis.

PYRGOPOLINICES

Sí non mecum aetátem egisset, hódie stulta uíueret.

PHILOCOMASIVM

Ístuc crucior, á uiro me táli abalienárier:
Nám tu quemuis pótis es facere utí fluat facétiis,
Ét quia tecum erám, propterea nímio eram facétior.
Eám nobilitatem ámittundam uídeo.

PYRGOPOLINICES

A nec fle.

PHILOCOMASIVM

Nón queo, 1319
Quóm te uideo.

PYRGOPOLINICES

Hábe bonum animum.

PHILOCOMASIVM

Scío ego quid doleát mihi.

PALAESTRIO

Nám nil miror, sí lubenter, Phílocomasium, istíc eras, 1321
Quóm ego seruos, quándo aspicio hunc, lácrumo quia diiún-
gimur. 1323

Fórma huius, morés, uirtutes ánimum attinuere híc tuom. 1322

pietaſ ſit eo chant *CDF* omnia. pietaſ ſic cohibet *Z*. *Non satis recte de* enim *vocula disseruisse videtur Langenus p.* 269: *quae non tam adfirmantis est quam confirmantis confirmandoque explicantis plane ad nostrae particulae* 'halt' *rationem. Nec de activo* hortant (*cf. idem p.* 63) *dubitare sinunt Asin.* 512, *Claudius Quadrigarius fr.* 54 *P.*, *Varro apud Priscianum p.* 793, *ipsius denique grammatici p.* 797 *testimonium.*
1317. quemuis *Nonii p.* 305 *ex.* quamuiſ ω UTIFLUAT *A*, *Camerarius* ut fluat φ, *Nonii ex.* 1318. propterea nimio *Mercerus* p. animo *Nonii ex.*, *FZ* propter animum *B* propterea animum (a^ni^num *Da* animi *Dc*) *CD* facetior *R* fortior *B* ferotior *CD* farocior *Z* ferocior *Nonius hoc lemmate:* 'ferox significat cordatus vel facetus', *ut antiquam esse appareat corruptelam, quid autem re vera expectetur glossator sensisse videatur.*
1319. uide oīa hec flet *B* uide omnia hęc (hec *D*) fle *CD* uide omnia. PY ne fle *FZ* uideo. PY. a ne fle *Seyffertus Philol.* XXIX 400: *scripsi* nec *ut v.* 164 non queo *CDFZ* nequeo *B* 1321. istic *R* hic ω 1322, *quem post* 1323 *collocavit Acidalius, dittographia eius videtur esse.* formã huiuſ morem uirtuſ hic animum attinere hic tuum ω, *sed* moreſ uirtuteſ (*om.* hic) *FZ* 1323. lacrumum ω, *in quo non*

PHILOCOMASIVM

Óbsecro, licét conplecti príus quam proficiscó?

PYRGOPOLINICES

Licet.

PHILOCOMASIVM

Ó mei-oculi, ó mi-anime!

PALAESTRIO

Óbsecro, tene múlierem,
Ne ȧdfligatur.

PYRGOPOLINICES

Quíd istuc, quaesost?

PALAESTRIO

Quom ábs te abit, animó male
Fáctumst huic repénte miserae.

PYRGOPOLINICES

Cúrrito intro, ecférto aquam.

PALAESTRIO

Níhil aquam moror: *ípse abi.*

PYRGOPOLINICES

Quor?

PALAESTRIO

Málo: ne interuéneris,
Quaéso, dum resipíscit.

PYRGOPOLINICES

Capita intér se nimis nexa hísce habent:
Nón placet. labra áb labellis aúfer, nauta: cáue malum!
Quíd istuc est negóti?

PLEVSICLES

Animus hánc modo hic relíquerat: 1343a
Témptabam spiráret an non.

PYRGOPOLINICES

Aúrem admotam opórtuit. 1331

PLEVSICLES

Sí magis uis, eam omíttam.

magis coniunctivus latet quam in incipissom *v.* 237 *aut* dicom 231 *aut* faciom 782 *aut* uideom 1319 *multisque aliis exemplis similibus: cf. ad v.* 236 *et Corssen de pronunt. et vocal.* I 267 *adn.* 1328. ipse abi *om.* ω PY. quor? *Z* quot *CD* quod *B* quiescat malo *Luchs l. l.* 404 *Palaestrionis notam addit Z* *Post* 1330 *posui* 1343a, *Pleusicli autem tribui quae in BCD Palaestrionis sunt.*

PYRGOPOLINICES

Nolo: rétine.

PLEVSICLES

Em adflat míserula.

PYRGOPOLINICES

Éxite atque eccférte huc intus ómnia isti quaé dedi.

PALAESTRIO

Étiam nunc salúto te, *Lar* fámiliaris, príus quam eo.
Cónserui conséruaeque omnes, béne ualete et uíuite:
Béne quaeso inter uós dicatis ét amice absentí tamen.

PYRGOPOLINICES

Áge, Palaestrió, bono animo es.

PALAESTRIO

Heú *heu*, nequeo quín fleam,
Quom ábs te abeam.

PYRGOPOLINICES

Fer aéquod animo.

PALAESTRIO

Scío ego quid doleát mihi.

PHILOCOMASIVM

St' quid hoc? quae rés? quid uideo? ó lux salue!

PLEVSICLES

Sálua sis.
Iám resipisti, *Phílocomasium?*

PHILOCOMASIVM

Óbsecro, quem ampléxa sum
Hóminem? perii. súmne ego apud me?

PLEVSICLES

Né time, uoluptás mea.

* * * * * * * * * * *

PYRGOPOLINICES

Quíd istuc est negóti?

PALAESTRIO

* * * * * * * * * * 1343[b]
Métuoque et timeó, ne hoc tandem própalam fiát nimis.

1332. retine. PL. em adflat miserula *R* retineat flo mifer *BCD* retineat flet mifer *F* retineat. PLE. flet mifera *Z* 1338. aequod *ante Ritschelium nov. exc. Plaut.* 64 *scripseram.* *In sequentibus versibus librorum memoriam vindicavi.* 1339. st *R* Set *C* Sed φ PL. salua sis *om.* ω 1340. Philocomasium *om.* ω *ante eiusdem personae notam.* *Post* 1341 *talem fere Palaestrionis versiculum excidisse suspicor:* óbsecro,

PYRGOPOLINICES

Quíd id est?

PALAESTRIO

Nos secúndum ferri núnc per urbem haec ómnia,
Néquis tibi istuc uítio uortat.

PYRGOPOLINICES

Méa, non illorúm dedi:
Párui ego alios fácio. age, ite cúm dis beneuoléntibus.

PALAESTRIO

Túa ego hoc causa díco.

PYRGOPOLINICES

Credo.

PALAESTRIO

Iám uale.

PYRGOPOLINICES

Et tu béne uale.

PALAESTRIO

Íte cito, iam ego ádsequar uos: cúm ero pauca uólo loqui.
Quámquam alios fidélioris sémper habuistí tibi
Quám me, tam tibi hábeo magnam grátiam rerum ómnium:
Ét ita si senténtia esset, tíbi seruire máuelim
Múlto quam alií libertus ésse.

PYRGOPOLINICES

Habeto animúm bonum.

PALAESTRIO

Heú me, quom uenít mi in mentem, ut móres mutandí sient,
Múliebres morés discendi, oblíscendi stratiótici!

PYRGOPOLINICES

Fác sis frugi.

PALAESTRIO

Iám non possum: amísi omnem lubídinem.

PYRGOPOLINICES

Í, sequere illos: né morere.

animum atténdas. non sumus sóli: ne fiát palam. *Deinde sequentis versus* 1343[b] *initium idem fuisse conicio quod est versus* 1343[a] (*post* 1330), *qui errore librarii huc delatus est. Reliqua exempli causa sic expleri velim, ut Palaestrio respondeat:* dicam: hoc animo misere maceror. 1346. istuc *Luchs Herm.* XIII 504 hoc ω 1352. ita si *Lachmannus Lucr.* 249 fi ita ω 1354. heu me *Hauptius* haeum *BCD* hacum *F* ah *Z* 1355. obliuiscendi ω

PALAESTRIO

Béne uale.

PYRGOPOLINICES

Et tu béne uale.

PALAESTRIO

Quaéso ut memineris. si forte líber fieri occéperim,
Míttam nuntium ád te: ne me déseras.

PYRGOPOLINICES

Non ést meum.

PALAESTRIO

Cógitato idéntidem, tibi quám fidelis fúerim.
Si íd facies, tum démum scibis, tíbi qui bonus sit, quí malus.

PYRGOPOLINICES

Scío et perspexi saépe, uerum quom ántehac tum hodie máxume.

PALAESTRIO

Scís? immo hodie uérum factum fáxo post dicés magis.

PYRGOPOLINICES

Víx reprimor quin té manere iúbeam.

PALAESTRIO

Caue istuc féceris.
Dícent te mendácem nec uerum ésse, fide nulla ésse te.
Nám si honeste cénseam te fácere posse, suádeam. 1367
Vérum non potést: caue faxis.

PYRGOPOLINICES

Ábi: iam patiar, quídquid est.

PALAESTRIO

Béne uale igitur.

PYRGOPOLINICES

Íre meliust strénue.

PALAESTRIO

Etiam núnc uale.

PYRGOPOLINICES

Ánte hoc factum hunc sum árbitratus sémper seruom péssumum:

Dícant seruorúm praeter med ésse fidelem néminem. 1366

1362. et ω, *deleuit Ritschelius.* 1365. Dicent ω Dicant *Ritschelius.* 1366 *antecedentis versus videtur dittographia.*

Eúm fidelem míhi esse inuenio. quom égomet mecum cógito,
Stúlte feci, qui húnc amisi. at íbo hinc intro núnc ïam
Ád amores meos. sét quis exit? sónitum hinc fecerúnt fores.

PVER. PYRGOPOLINICES

PVER

Ne mé moneatis: mémini ego officiúm meum.
Ego iám conueniam illum *álicubi*, ubi ubist géntium;
Inuéstigauero: óperae non parcám meae. 1376

PYRGOPOLINICES

Me quaérit: ilico íbo *ultro* huic puero óbuiam.

PVER

Ehém, te quaero: sálue, uir lepidíssume,
Cumuláte commoditáte, praeter céteros
Duo dí quem curant.

PYRGOPOLINICES

Quí duo?

PVER

Mars ét Venus.

PYRGOPOLINICES

Facétum puerum.

PVER

Era íntro te ut eas óbsecrat:
Te uólt, te quaerit, téd expectat déperit.
Amánti fer opem. quíd stas? quin intro ís?

PYRGOPOLINICES

Eo.

PVER

Ipsús sese illic iam ínpediuit ín plagas.

1372. amisi. at *R* amiſit *BCD* amiſi *FZ* 1373. set quis exit? *R* et ſenſit *BCD* quiſ exit *FZ* sonitum hinc *R* hinc ſonitum ω 1375. iam *R* nam ω alicubi *om.* ω 1376. inuestigauero *Muellerus pros.* 685 inueſtigabo ω 1377. ilico ibo ultro *R* ilico *B* illic ibo φ 1381. era *Muellerus pros.* 658, *om.* ω 1382. ted *R* te *B* teque φ exſpectat *B* expectanſ φ te perit *Loewius* 1384. ipsus sese illic *Lorenzius* ipſuſ (ipſiuſ *Ca*) illic ſe (eſe *B*) ω ipsus illic sese *Pylades.*

Parátae insidiae súnt: in statu stát senex, 1385
Vt ádoriatur moéchum, qui formást ferox,
Qui omnís se amare crédit, quaeque aspéxerit. 1387
Nunc ín tumultum ibo: íntus clamorem aúdio. 1389

Mulieres eum oderunt qua uiri qua mulieres. 1388

1385. in ſtatu ſtat (inſtatuſ ad *B*) ω stat in statu *Pareus.* 1388 *ne numeris quidem satis adstrictum expuli. Guietus demum initio correxit:* quem omnes oderunt.

ACTVS V

PERIPLECOMENVS. PYRGOPOLINICES. CARIO. LORARII. SCELEDRVS

PERIPLECOMENVS

Dúcite istum: sí non sequitur, rápite sublimén foras.
Fácite inter terram átque caelum utí siet: disténdite.

PYRGOPOLINICES

Óbsecro hercle, Périplecomene, té.

PERIPLECOMENVS

Nequiquam hercle óbsecras.
Víde ut istic tibi sít acutus, Cário, cultér probe.

CARIO

Quín iandudum géstit moecho tótum abdomen ádimere.
Vín faciam ut quasi púero in collo péndeant crepúndia?

PYRGOPOLINICES

Périi.

PERIPLECOMENVS

Haud etiam: número hoc dicis.

CARIO

Iám nunc in hominem ínuolo?

PERIPLECOMENVS

Ímmo etiam prius uérberetur fústibus.

CARIO

Multúm quidem.
Ágite * * * * * * * * * *

1390. ſublimen *F*, *Ritschelius opusc.* II 464 ſublim̃ *B* ſublimẽ *C* ſublimem φ 1391. distendite *Scaliger* deſcendite *B* diſcundite (u *corr. in* i) *C* diſcindite φ 1394. gestit] — TIT (???) *A* totum *R* hoc ω 1395. uin faciam *Seyffertus Philol.* XXVII 452 Ut faciam *A*φ 1396. iam nunc *R* iam ne ω 1398 *initium servarit solus A, ubi praeter* AG *cetera incerta, om.* φ

PERIPLECOMENVS

Cúr es ausus súbigitare álienam uxorem, ínpudens?

PYRGOPOLINICES

Íta me di ament, últro uentumst ád me.

PERIPLECOMENVS

Mentitúr: feri.

PYRGOPOLINICES

Máne dum narro.

PERIPLECOMENVS

Quíd cessatis?

PYRGOPOLINICES

Nón licet mihi dícere?

PERIPLECOMENVS

Díc.

PYRGOPOLINICES

Oratus sum ád eam ut irem.

PERIPLECOMENVS

Quáre's ausus? ém tibi.

PYRGOPOLINICES

Oíei, satis sum uérberatus: óbsecro.

CARIO

Quam móx seco?

PERIPLECOMENVS

Vbi lubet: dispénnite hominem díuorsum et disténnite.

PYRGOPOLINICES

Óbsecro hercle té, mea uerba ut aúdias prius quám secat.

PERIPLECOMENVS

Lóquere, dum non níhili factu's.

PYRGOPOLINICES

Víduam *illam* esse cénsui;
Ítaque ancilla, cónciliatrix quaé erat, dicebát mihi.

PERIPLECOMENVS

Iúra te nocitúrum non esse hómini de hac re némini,
Quód tu's hodie hic uérberatus aút quod uerberábere,
Sí te saluom hinc ámittemus Vénerium nepótulum.

PYRGOPOLINICES

Iúro per Iouem ét Mauortem mé nociturum némini,

In eodem v. 1398 *personae mutatio significatur: lorarium respondisse suspicor.* 1402. *om. A* ad eum ut irem *R* ad te uenirẽ *B* ad te amuttire *CDc* ad te huc uenire *FZ* 1409. tu's *R* tu *ω*

Quód ego hic hodie uápularim; iúreque id factum árbitror;
Ét si hinc non abeo íntestatus, béne agitur pro nóxia.

PERIPLECOMENVS

Quíd, si id non faxís?

PYRGOPOLINICES

Vt uiuam sémper intestábilis.

CARIO

Vérberetur étiam: postibi ámittendum cénseo.

PYRGOPOLINICES

Dí tibi bene fáciant semper, quom áduocatus míhi bonu's.

CARIO

Érgo des minam aúri nobis.

PYRGOPOLINICES

Quam óbrem?

CARIO

Saluis téstibus
Vt ted hodie hinc ámittamus Vénerium nepótulum.
Áliter hinc non eíbis: ne sis frústra.

PYRGOPOLINICES

Dabitur.

CARIO

Mágis sapis.
Dé tunica et chlamyde ét machaera néquid speres: nón feres.

LORARIVS

Vérberon etiam án iam mittis?

PYRGOPOLINICES

Mítis sum equidem fústibus:
Óbsecro uos.

PERIPLECOMENVS

Sóluite istunc.

PYRGOPOLINICES

Grátias habeó tibi.

PERIPLECOMENVS

Sí posthac prehéndero ego te hic, *cíto* carebis téstibus.

PYRGOPOLINICES

Caúsam hau dico.

? ?
1416. mihi bonu's *R* MIHIDDNEST *A* mihi bene adẽ *B* mihi bene eſ *Z* bene mihi eſ *CDF* 1419. EIBIS *A* a nobiſ *B* ibis *Ritschelius.* 1422. gratias *Guietus* GRATIAM *Aφ* gratiam hercle *Muellerus Add.* 122: *cf. Langen Beitr.* 12 *sqq.* 1423. cito *om. Aφ*

PERIPLECOMENVS

Eámus intro, Cário.

PYRGOPOLINICES

Seruós meos
Éccos uideo. Phílocomasium iám profectast? díc mihi.

SCELEDRVS

Iám dudum.

PYRGOPOLINICES

Ei mihi.

SCELEDRVS

Mágis *id* dicas, sí scias quod égo scio:
Nám illic qui ob oculum *únum* habebat lánam nauta nón erat.

PYRGOPOLINICES

Quís erat igitur?

SCELEDRVS

Phílocomasio amátor.

PYRGOPOLINICES

Qui tu scís?

SCELEDRVS

Scio:
Nám postquam porta éxierunt, níl cessarunt ílico
Ósculari atque ámplexari intér se.

PYRGOPOLINICES

Vae miseró mihi:
Vérba mihi data ésse uideo. scélus uiri Palaéstrio,
Ís me in hanc inléxit fraudem.

SCELEDRVS

Iúre factum iúdico:
Seí sic aliis moéchis fiat, mínus hic moechorúm siet;
Mágis metuant, minus hás res studeant.

PYRGOPOLINICES

Eámus ad me.

CANTOR

Plaúdite.

1427. NAM ILLIC *A* Nam ille φ qui ob oculum unum habebat lanam *R* QUIOBOCULUMHABEBATLANAM *A* qui lanam ob oculum habebat φ
1433. Sei] Sic *BCD* SI Aφ